Participium ITO coniunctum cum substantiuo verbo format præterita tempora, quæ talem coniugationem admittunt, ut Fui ito, Sono ito, Ero ito, Fossi ito, Sarei ito, Sia ito, Sarò ito, Esser ito. Hauere a ire. Latine; dicitur Eo, is, it.

GIRE.

COntẽdunt Grammatici Gire idem esse quod ire, quod quidẽ quia significatione conueniunt, & uoce parum discrepant vnius, scilicet littera additione, ut apud Latinos Nauus: & Gnauus facile concedo. Habet autem plura tempora ut ostendam.

DIMOSTRATIVO.

Presente, GITE numero plurali persona secunda.

Pend.

pend. nel { M. Giua *uel* gia giui giua gia. P. Giuamo *secunda desideratur.* Giuano, giano.

,, *Giua'l cor di pensier in pensier. quando.*
,, *Co' nobili Poeti gia cantando.*

Ind. 2. nel { M. Gi *uel* gio, gisti, gi *uel* gio. P. Gimmo, giste, gieno.

,, *Appresso il Duca a gran passi sen gi.*
,, *Questa gran tempo per lo mondo gio.*

Indefinito 2. Fui gito.
passato. Son gito.
Trapassato. Ero gito.
Auuenire. Girà, & giranno *tertiæ personæ utriusque num.*
Imper. pres. Gire.
Desider. pres. Girei giresti *cum aliis uocibus regulariter.*
Pendente, Gisse, gissi, gisse, gissemo, giste, gissero, *reg.*
Indefinito. Fossi io gito.
passato. Io sia gito.
Trapassato, Sarei gito *in omnibus numeris & personis.*
Auuenire, *desideratur. ita & præsens subiunctiui. reliqua ut* (*in optatiuo.*
Infin. pres. Gire.
passato. Esser gito.
Auuenire, Douer gire, & esser per gire. *ad eundem modum Anomalum est* REDIRE, *quod apud Poetas tantum inuenitur, cuius pauca sunt uoces, uidelicet* Riedi Riede *in præsenti Indicatiui minoris numeri.*

,, *Ne mi riede alla mente mai quel giorno.*

Redi, Redimmo, & Rediro *in perfecto tempore Indic.* Redi *in præsenti imper.*

A farmi

,, *A farmi lagrimar ſignor mio riedi.*

Rediſſi *apud Dant, in ſubiunct. præſenti.*
Redire. *in Infin. præſen. nihil latino diſſimile & uoce & ſenſu.*

,, *Ma per la mente, che non può redire.*

Si quę alia ſunt non eſt noſtrum in præſenti dicere, aptiori loco diſputabitur, ubi ſcorſum de ſtylo oratorum & poetarum agemus.

DIMOSTRATIVO.

Preſ. nel { M. Salgo *vel* ſaglio, ſali, ſale.
P. Salghiamo, ſagliamo, ſalire.
ſalgono ſagliono. }

Pendente, ſaliuo ſaliui &c. *regulariter.*

Ind. 1. nel { M. Sali *uel* ſalſi, ſaliſti, ſalì *uel* ſalſe.
P. Salimmo, ſaliſte, ſalirono, ſalirno, ſalſono, ſalſero. }

Indefinito 2. Fui ſalito.
Finito. Son ſalito.
Trapaſſato, Ero ſalito.
Auuenire, Salirò & ſarrò. *regulariter in vtriuſque vocibus. Latine valet Aſcendo, dis, &c.*

IMPERATIVO.

Preſ. nel { M. Sali tu, ſalga *vel* ſaglia quello.
P. Salghiamo, ſalite, ſalgano, ſagliano. }

Auuenire. Salirai *uel* ſarrai tu: *ut in Indicatiuo.*

DESI-

DESIDERATIVO.

Preſente, Salſi io &c. *regulariter.*
Pendente, Salitei *uel* ſarrei:& ſaliria *poet.* Foſs'io ſalito. Sarei ſalito. *regulariter.*
Auuenire, Salga io. *uel* ſaglia: *vt regula* Salgano & ſagliano. *ita in præſenti ſubiunctiui.*

„ *Coſa onde'l nome voſtro in pregio ſaglia.*
„ *E diſsi, a cader va chi troppo ſale.*
„ *Non ſalì mai in tutta queſta etate.*

Infinit. preſ. Salire. *reliqua ut regula.*

„ *E la via di ſalir al ciel mi moſtra.*

DIMOSTRATIVO.

Preſente nel { M. Vengo *uel* vegno, *poet,* vieni: viene.
P. Venghiamo, vegniamo, venite, vengono, vengon. }

Pend. nel { M. Veniuo, venia, veniui, veniua, venia;
P. Veniuàmo *uel* veneuámo, veniuàte *uel* venauáte. vegneuate *nimis durum.* veniuano *uel* veniano venieno. }

Ind. 1. nel { M. Venni, veniſte: venne.
P, Venimmo, veniſti, vennero, venner. }

Fui venuto, ſon venuto, ero venuto. *regulariter.*

Auue. nel { M. Verrò verrai verra.
P. Verremo verrete verranno ran. }

Imper,

IMPERATIVO.

pres. nel { M. Vieni vien tu, venga altri.
P. Venghiamo vegniamo, venite, venghino, vengan.

Auuenire, Verrai tu, *vt in futuro Indicatiui.*

DESIDERATIVO.

pres. nel { M. Venissi io, uenissi tu, venisse quello.
P. Venissimo, uenissi, uenissino, uenissero.

pend. nel { M. Verrei verresti verrebbe,
P. Verremmo, verreste, verrebbono, verrebbero

Fos'io venuto, sarei venuto, *vt regula.*

Auue. nel { M. Venga io vegna *poet.* tu, quello.
P. Venghiamo vegnamo, vegnate, vengano, vengan.

„ *Vengan quanti Filosofi fur mai,*

Subiunct præsens vt futurum Optatiui. reliqua eodem modo quo Optatiu.

Infin. pres. Venire. *& uoce, & significatione nihil Latino dissimile.*

DIMOSTRATIVO.

pres. nel { M. Muoio *uel* muore *poet.* Muori, muore, muor.
P. Muoiamo moriamo, morite, muoiono muoreno.

pendente, Moriuo, moriui, moriua, *vt regula.*

Indefi.

Ind. I. nel { M. mori, moristi mori morio.
P. Morimmo, moriste, moriron.

Nota quod hoc uerbum hactenus est neutrum absolutum, in temporibus quæ supplentur: est etiam Actiuum, & Passiuum unde actiuam etiam seruat coniugationem: dicimus enim Actine: Io hebbi morto, io ho morto *occidi producta, &* Io haueua morto *uel passiue,* Io fui morto, o Io erá stato morto *occisus fueram uel absolute iisdem uocibus, ut apud Latinos occidi penultima breui.*

Auuenire, Morrò, morrai, morrà: *ut regula postulat.*

Imp. pres. Muori, muor tu, muoia *uel poet,* morà quello.

„ *Et nessun sa quanto si viua, o muoia.*

Muoiamo, moriamo, morite, muoiano muorano.

Auuenire, Morrai, morrà quello *vt in indic.*

DESIDERATIVO.

Presente, Morissi io, morissi tu, morissi quello.
Morissimo, morissi, morissino, morissero.

Pendente, Morrei morresti *& quæ sequuntur regulariter.*
Habbia io morto, Hauessi io morto, Harei io morto, *uel* sia stato morto. Fossi stato morto, Fossi morto: *& similia actiue & passiue, uel absolute ut diximus.*

Auuc. nel { M. Muoia io *alias* moia, muoi tu, muoia moia quello.
P. Muoiamo, moiate, muoiano.

Ita in sub. præs. cætera eodem modo, quo in Optat.

„ *Mosso Palermo a gridar mora mora.*

DI-

DIMOSTRATIVO.

Pref. nel { M. Apro apri apre.
P. Apriamo aprite aprono apron.

Pendente, Apriua *uel* apria &c. *ut regula.*

Ind. 1. nel { M. Apri *uel* aprio *uel* aperfi, aprifti, aperfe apri, aprio.
P. Aprimmo, aprifte, aperfero, aperfono, aprirno, aprirono.

Indefinito 2. Hebbi aperto.
Finito, Ho aperto.
Trapaffato. Haueua aperto.
Auuenire. Aprirò.
Imper. pref. Apri tu, apra quello, Aprimo, aprite, aprino *uel* aprano.
Auuenire, Aprirai tu, &c.
Defiderat. Apriffi apriffe.
Pendente, Aprirei, apriresti, aprirebbe.
Auuenire, Apra io, tu, quello. Apriamo, apriate, aprano, *ita in cæteris.*

DIMOSTRATIVO.

Pref. nel { M. Dico, di *uel* dici *uel* die, dice.
P. Diciamo, dite, dicono,

Pend. nel { M. Diceuo dicea, diceui, diceua. dicea,
P. Diceuamo diceamo diciauamo, diceuate; diciauate, diceuano, diceano.

Indefi.

Indefin. 1. { M. Dissi, dicesti, disse.
P. Dicemmo, diceste, dissono, dissero.

Hebbi detto, Ho detto, Haueuo detto. *vt regula.*

Auuenire, Dirò, dirai, dirai: Dicemo, direte, diranno.

Imp. pres. Di tu, dica quello: Dite voi, dicano *uel* dichino altri.

Auuenire, Dirai tu, *vt in Indicatiuo.*

Desid. pres. Dicessi.

Pendente, Direi, Habbia detto, Hauessi detto, Harei detto.

Auuenire, Dica *uel* dichi: Dicano *uel* dichino. *ita in reliquis. Dire, aliquando fuit Dicere, nihil Latinos dissimile, sed non est in vsu.*

DE VERBIS IN SCO.

Quarta coniugatio interiectis litteris I s C *ante* O *format à prima persona primitiuorum suorum uerba in* S c o *vt Latini interiectis* s *&* c *à Caleo, & his similibus Calesco, sunt autem eiusmodi.*

Pato,	patisco,	*patior.*
Pero,	perisco,	*pereo.*
Forbo,	forbisco,	*abstergo.*
Mento,	mentisco,	*mentior.*
Fallo,	fallisco,	*decoquo. fallo.*
Inghiotto,	inghiottisco,	*deglutio.*
Offero,	offerisco,	*polliceor.*
Piato,	piatisco.	*litigo.*

Vel per eandem Analogiam à vocibus quæ solæ sint in eo tempore, cætera enim desiderantur, vt.

Langue,	languisco,	*langueo.*
Fiere:	ferisco,	*vulnero.*
Trado:	tradisco,	*prodo.*
Nutre,	nutrisco,	*nutrio,*
Rape,	rapisco,	*rapio.*

Addolce

Addolce, addolcifco, *mollio.*

Vel à primitiuis quæ in vſu non ſunt: vt Futurus participiũ apud Latinos, quod à ſapino primitiuo deſcendit: quod non eſt in vſu, & ſunt hæc & alia multa.

Ardiſco *audeo*: Ordiſco *ordior*: Impallidiſco *palleo.*
Gioiſco *geſtio lætitia*: Stordiſco *obtundo*: Vbidiſco *pareo*:
Sbigottiſco *deficio animo*: Annighittiſco *otio marceſcere.*
Ingagliardiſco *conualeſco.* Finiſco *finio.*
Auuiliſco *deficere viribus: vileſco.*
Fioriſco *floreſco*: *vel ſpargo humum foliis.*

Habet duo tempora tantummodo præſens videlicet Indicatiuum, Imperatiuum: & ſubiunctiuum: & Futurum optatiui & quatuor tantum voces:

Preſ. Ind. nel	M. Vbidiſco,	vbidiſci,	vbidiſce,
	P. . . .	. .	vbidiſcono

Auue. De ſid. e preſ. Soggiunti uo nel	M. Vbidiſca,	vbidiſchi,	vbidiſca,
	P. . . .	. .	vbidiſcano *vel* vbidiſchino.

voces quæ deſiderantur ſuppleri debent per primitiua vt

Preſ. nel	M. Nutriſco.	nutriſci	nutriſce.
	P. Nutriamo	nutrite,	nutriſcono.

Quod ſi in primitiuis hæc tempora non inueniantur: formãtur tamen hæ duæ voces per Analogiam, vt in verbo

Vbidiſco vbidiſci vbidiſci.
Vbidiamo vbidite. vbidiſcono.

Vel per circuitionem ſupplentur vt Habbiamo ardire, Ardite Ardiſcono, Siamo languidi, Languite, Languiſcono.

Nam primæ illæ voces Ardiamo, e Languiamo *non rectè dicuntur, & in fut. opt.* Habbiamo ardire, Habbiate ardire.

Cætera tempora sũt regulariá quartæ inflexionis: quãuis enim horum temporũ deriuatiuorũ primitiua nullæ fuerint uoces, nõ ic circo

circo alia tempora desiderantur, sed regulariter per omnes modos, numeros, & personas flectuntur, vt Ardiuo, Ardiui, Ardiua, Ardi, Ardisti, Ardirò, Ardisci tu, Ardisca quello, Ardite, Ardiscano, *vel* Ardischino, Ardirai tu, Ardissi, ardirei.

Ab aliis etiam Coniugationibus ducuntur aliqua in Sco, *quod ab Infin. præsenti perspicitur. quod est vel quarta, idq; cum exeunt in* Sco, *vel prima aut secundæ, aut tertia cum sint primitiua.*

Prima	Impazzare. *insanire.*	Impazzire. Impazzisco.
	Inanimare *addere animos.*	Inanimire. Inanimisco,
	Colorare *coloro.*	Co lorire. colorisco,
	Aggradare *cordi esse.*	Aggradire Aggradisco.
Tertia	Empiere *impleo.*	Empire Empisco.
	Pentere *pœnitet.*	Pentire Pentisco.
Secunda	Apparere *appareo*	Apparire, Apparisco,

{*Nihil differunt significatione à primitiuis.*

De Inflexione Intransitiuorum.

I*Ntransitiua uerba flectunt ur cum particulis reciprocis suarum personarum: ut* Io mi sto, tu ti stai, altri si sta. *Ita & quæ in in seipsa transitionem reflectunt, ut* Io mi lodo. *Eademque ratione in orationis structura locantur. respondent autem particulæ reciproca premissis suis ad hunc modum.*

MI, TI } *respondent premissis* { IO, TV } *in singulari.*

CI, VI } *respondent premissis* { NOI, VOI } *in plurali.*

SI *respondet tertia utriusque numeri.*

Io mi sto tu ti stai quello si sta. *ocior.*

Noi ci stiamo, voi ui state, quelli si stanno,

Idem in alijs temporibus. Io mi adirauo *irascebar.* Io mi dolsi, *questus sum, & eiusmodi alia mille.*

De vocibus, quæ in carminibus Poetarum a Latinis sunt acceptæ.

*V*Oces quędam *sunt apud Poetas, quę sæpius in prǽsenti, & in tertia singularis inueniuntur: ut* Agogna *auet,* Ange *angit.* Molce *mulcet:* Folce *fulcit:* Fiede *ferit:* Serpe *serpit.* Relinque *relinquit.* Frange *frangit. & alias his similia, quæ in oratione soluta dici nequeunt, nec in familiaribus colloquiis sunt in usu. & quę ex lexicis, & commentariis nostrorum Poetarum sunt petenda.*

„ *Onde conuien che'l vulgo errante agogni.*

In secunda persona dixit idem.

„ *Che pur agogni?*

„ *Poria'l foco allentar, che'l cor tristo ange.*

„ *Fuor di man di colui, che punge, e molce.*

„ *Che pur col giglio'l ciel gouerna, e folce.*

„ *Ne' breui giorni, quando Borea'l fiede.*

„ *Qual per tronco, o per muro hedera serpe.*

„ *Come adiuiene a chi uirtù relinque.*

„ *Stanca senza gouerno in mar che frange.*

Sed de his hactenus.

DE PARTICIPIO.

A Verbis ducitur illa orationis pars, quæ cum per se non constet, sed partim ex vi verbi, partim ex ui nominis procreetur,

creetur, Participium à Latinis, à nobis etiam PARTICIPIO *non (ut alij uolunt)* PARTEFICE *nuncupatur.*

habet accidentia
- *genus* il Genere. — *sicut in nomine.*
- *casum* il Caso, — *sicut in nomine.*
- *tempus* il Tempo. — *vt in uerbis.*
- *significat* la Significatione — *vt in uerbis.*
- *numerum* il Numero. — *vt in uerbis. & nomin.*
- *figuram* la Formatione. — *vt in uerbis. & nomin.*

De terminationib. Participiorum.

H*Abet terminationes quinque, quas simul cum præcedentibus uocalibus aut con sonantibus ponam, uidelicet.*

- TE *præmissis,*
  - An Amante *amans,*
  - En Leggente *legens.*
- DO *præmissis*
  - An Amando.
  - An Leggendo.
- RO *præmissa* V Futuro *futurum.*

De Temporibus Part.

Habet tria tempora
- Presente, e Pendente, *ut* Amante.
- Passato. Amato,
- Auuenire. Venturo.

De

De significatione Participiorum.

Significatio est aut	Attiua	Amante,	*amans.*
	Passiua	Amato,	*amatus.*
	Neutrale	Viuente,	*viuens.*

De Formatione Participiorum.

D*Vcuntur autem ex varijs temporibus, vt indicabo.*

Formatio participij in T E.

F*Ormantur hæc à prima præteriti imperfecti versa finali sylla-ba in* T E, *& præposita* N *vt* Amauo v o *in* T E, *& præmissa* N *fit* Amante, Leggeuo leggente, Sedeuo sedente. *In quarta coniugatione, præter hanc formationem vbi est liquida* N *aut* R *vertitur* I *characteristica coniugationis in* E, *vt* Ammoniuo Ammonente, Riueriuo Riuerente, *vel ea seruata additur in alijs* E *ante formationem, vt* Vbbidiuo vbbidiente.

Formatio participij in D O.

E*Andem habent formationem participia in* DO *vltima scilicet imperfecti singularis Indicatiui prima persona versa in* D O *præmissa* N Amauo Amando. Vedeuo vedendo. Leggeuo, Leggendo. *In quarta vertitur* I *characteristica coniugationis in* E, *vt* Vdiuo vdendo.

G 3 Par-

Participium in Ro.

HOc solum habemus à Latinis, mutata finali terminatione, *Futurus* Futuro.

Formatio participij in ATO.

IN verbis primę coniugationis à secũda plurali Indicatiui pra sentis fiunt participia in ATO uersa E finali in O, ut Amate Amato. Guidate Guidato, Giudicate Giudicato: *cum accentu in penultima. Excipe ab hac formatione* Fatto *quod geminat* T. *Multa prę terea sunt, quę syncopam cum patiantur sublata media* A T, *migrasse uidentur in nomina, & tamen eandem uim habent, quam participia ipsa: & sunt hęc.*

Cerco *pro*	cercato	*quęsitus.*
Carico	caricato	*onustus.*
Casso	cassato	*deletus.*
Dimentico	Dimenticato	*oblitus.*
Delibero	Deliberato	*deliberatus.*
Desto	Destato	*experrectus.*
Franco	Francato	*immunis.*
Fermo	Fermato	*firmatus.*
Guasto	Guastato	*uastatus.*
Inchino	Inchinato	*inclinatus.*
Lasso	Lassato	*defessus.*
Lacero	Lacerato	*laceratus.*
Logoro	Logorato	*attritus.*
Mozzo	Mozzato	*amputatus.*
Manifesto	Manifestato	*manifestatus.*
Macero	Macerato	*maceratus.*
Sgombero	Sgombrato	*euacuatus.*
Stanco	Stancato	*defessus.*
Scemo	Scemato	*diminutus.*

Sconcio

Sconcio	Sconciato	*interturbatus.*
Vso	vsato	*vsus.*
Vendico	vendicato	*ultus.*

Et alia his similia, quę inter legendum obseruantur.

Formatio participÿ in ITO.

QVarta coniugatio format participia in ITO à tertia Aoristi Indicatiui singulari, ut Feri Ferito, Vdi Vdito. *Excipiuntur ob prçteritum Indefin. in* SI Aperto *apertus*: Proferto *pollicitus*, Offerto *oblatus*, Sofferto *sublatus*, Morto *mortuus*. *Expuncta vocali uerbi per syncopen, uel etiam sua consonante uersa in* T *ut* Ratto *pro* Rapito *raptus uel antepenultima uocali uersa in* O, *ut* Sepolto *pro* Sepelito *sepultus. Antiquis in usu erat conuertere* I *uocalem uerbi in* V, *ut* Feruto *pro* Ferito *vulneratus*: Partuto *pro* Partito *profectus, quod seruat participium uerbi* Vengo *uenio, nam dicitur* Venuto.

Formatio participÿ in VTO.

VErba secundę, & tertię habentia primum Aoristum in EI, aut ETTI, *uel imitantia Latinam prçteriti temporis terminationem formant participium a secunda presentis Indicatiui* E *penultima uersa in* V, & *ultima in* O, *ut* Potete potuto, *uel addita* I *ante penultimam uocalem in uerbis habentibus consonantem* C *ut* Nocete *nocetis* Nociuto, Tacete *tacetis* Taciuto. Conoscete *cognoscitis* Conosciuto. Giacete *iacetis* Giaciuto. Piacete *placetis* Piaciuto. Crescete *crescitis* Cresciuto. Pascete *pascitis* Pasciuto.

In EI *(ut diximus) mittentia primam Aoristi faciunt.* VTO *quemadmodum.*

Battere	*uerberatis*	Battuto.

Godete *fruor* Goduto.
Vendete *venditis* Venduto.
Rendete *redditis* Renduto.

Varia sunt. Perduto *amissus, quod facit etiam in metro* Perso *à tertia singularis Aoristi primi. sed non est imitabile, vel Aoristus, vel Participium eiusmodi.* Conceputo *facit etiam* Concetto *conceptus.* & Pentuto *(quem pœnituit) à tertia, vel* Pentito *à quarta Coniugatione dicimus.*

A verbis mittentibus Aoristum in ETTI *sunt hæc participia.*

creditus *qui tenuit* *receptus* *qui sedit* *debitus.*
Creduto, Tenuto, Riceuuto, Seduto, Douuto

Conceduto *aliquando facit* Concesso *in metro. sed non est imitabile.* Dant.

,, *Dalla lor' non concessa, e torta via.*

Proueduto *apud aliquos est* Prouisto, *sed nec imitabile, & si vulgo ita loquuntur.*

Habentiũ Aoristi primi terminationem similem Indicatiui perfecti Latinorum hæc sunt participia.

Habitus potus collapsus quem doluit visus, idest, existimatus.
Hauuto, Beuto, Caduto, Doluto, Paruto, Valuto.
Veduto, *quod aliquando dicitur* Visto, *sed illud rectius.* Suto *(qui fuit) quod rectius* stato.

,, *Essere stato danno, e non vantaggio.*

Essuto, *quod quidam posuerunt, quis sine risu diceret? Variant duo hæc in metro,* Viuuto *(qui vixit)* Assoluto *absolutus, uel* visso Assolto.

,, *Che tutti questi son spiriti assolti.*
,, *Sarò qual fui, viurò com'io son visso.*

Præterea tria hæc reiectis mediis syllabis per syncopen pronuntiantur Rotto *fractus,* Nato *natus,* Arroto *additus.*

Formatio Particip. in TO præmissis liquida L, aut N, aut R.

Verba finita in SI *in prima voce Aoristi primi Indicatiui singularis numeri, conuerso* S *in* T, *&* I *finali in* O *formant hoc Participium præmissa liquida* L, *vt,*

Colsi	Colto	*colligo.*
Sciolsi	Sciolto	*soluo.*
Volsi	Volto	*voluo.*
Tolsi	Tolto	*eripio.*
Scielsi	Scielto	*seligo.*
Suelsi	Suelto	*conuello.*

Aut præmissa liquida N, aut R.

Auinsi	Auinto.	*vincio*
Giunsi	Giunto	*aducnio.*
Tinsi	Tinto	*inficio.*
Cinsi	Cinto	*cingo.*
Pinsi	Pinto	*pingo.*
Infinsi	Infinto	*simulo.*
Piansi	Pianto	*ploro.*
Punsi	Punto	*pungo.*
Spensi	Spento	*extinguo.*
Estinsi	Estinto	. . .
Vinsi	Vinto	*vinco.*
Munsi	Munto	*mungere.*
Vnsi	Vnto	*vngo.*
Porsi	Porto	*porrigere.*
Scorsi	Scorso	*prospicio.*
Accorsi	Accorto	*percipio.*
Sursi	Surto	*surgo.*
Sparsi	Sparto	*spargo.*

quod & Sparso *cum compositis vt.*

„ *Voi ch'ascoltate in rime sparse il suono.*

Huc migrat Participia illa quartæ Coniugationis.

Aperto

Aperto, Proferto, Offerto, Sofferto, Morto. *ob preteritum Indefinitum, quod promiscue exit in* SI, *aut* I *acutum, ut* Aperſi *uel* Apri. *de quibus inferius.*

Strinſi *non format* Strinto, *ut eſt regula, ſed* Stretto. *Aut premiſſo duplici* T T *quod naſcitur ex geminato* S S.

Traggo	Traſſi	Tratto	*traho.*
Reggo	Reſſi	Retto	*rego.*
Leggo	Leſſi	Letto	*lego.*
Cuoco	Coſſi	Cotto	*coquo.*
Affliggo	Afflifſi	Afflitto	*affligo.*
Scriuo	Scriſſi	Scritto	*ſcribo.*
Struggo	Struſſi	Strutto	*liqueſco.*

Et alia his ſimilia preterea Conduſſi *habet* Condotto *uerſa* V *in* O, *quãuis cauſa metri propter homœoteleuton Petr. dixerit.*

„ *Hor triſto, hor lieto, infin qui t'ho condotto.*

& Diſſi *facit* Detto I *uerſa in* E.

Formatio participiorum.

S O.

F*Inita in* SI *in prima Indefiniti, conuerſa uocali ultima in* O *formant ſibi ſimile participium, ut*

Difendo	Difeſi	Difeſo	*defendo.*
Spendo	Speſi	Speſo	*impendo.*
Scendo	Sceſi	Sceſo	*deſcendo.*
Prendo	Preſi	Preſo	*capio.*
Appendo	Appeſi	Appeſo	*ſuſpendo.*
Soſpendo	Soſpeſi	Soſpeſo.	
Confondo	Confuſi	Confuſo	*confundo.*
Scoſcendo	Scoſceſi	Scoſceſo	*diſcindo.*
Chiuggo	Chiuſi	Chiuſo	*claudo.*
Intendo	Inteſi	Inteſo	*intelligo.*
Aſſido	Aſſiſi	Aſſiſo	*aſſideo.*
Conquido	Conquiſi	Conquiſo	*occludere os.*
Diuido	Diuiſi	Diuiſo	*diuido.*

Rido

Rido	Risi	Riso	*rideo.*
Vccido	vccisi	Vcciso	*occido.*
Rimango	Rimasi	Rimaso	*remaneo.*
Accendo	Accesi	Acceso	*accendo.*
	quod &	Accenso	*poet,*

Nascondo, Nascosi, Nascoso, & Nascosto. *pari rõne dicimus à*

Rispondo	Risposi	Risposto	*respondeo à*
Metto	Misi	Messo *vel* Miso	*poetice à*
Chieggo	Chiesi	Chiesto	*peto & à*
Pongo	Posi	Posto	*pono.*

Geminant s s *vt in Præterito suo hæc.*

motus *fixus* *crucifixus* *fissus*
Mosso, Fesso. Crocifisso, Fisso, *quod &* Fitto.

Recipiunt R *quę eandẽ habent suo in tempore unde ducuntur, ut*

Corro	Corsi	Corso	*curro*
Ardo	Arsi	Arso	*ardeo.*
Mordo	Morsi	Morso	*mordeo.*
Disperdo	Dispersi	Disperso	*disperdo.*
Tergo	Tersi	Terso	*tergo & alia his similia.*

Participia in DO transeuntia in Nomen.

IN *nomẽ transeunt amißione tẽporis & significationis (vt apud Latinos usu uenit) finita in* D o *ut* Venerando, Riuerendo, Onorando. *& eiusmodi alia: neque enim tẽpus aliquod definitũ significant (ut participia) nec per Aduerbiũ tẽporis solui possunt ut in his cõtingit, quę in* DO *exeunt, ut* Leggendo il Maestro tu im pari, *Legente preceptore tu discis, ita soluitur.* Mentre che il Mae stro legge, *Dum preceptor legit, &c. sed per nomen adiectiuũ & uerbũ unde ductum est participium. Erit itaque* Riuerendo *idẽ, ac si dicas* Degno che ognun lo riuerisca, *seu* Degno d'esser riuerito da ogniuno. *Dignus quem omnes reuereantur. uel per nomen tantummodo, ut* Onorando, *idest* Degno di honore, *Honore dignus. Quidam affirmarunt hæc esse Gerundia Florẽtinæ elocutionis: quod (nisi me fallit iudiciũ) uerum puto. Nã alia quę apud Latinos uocãtur Gerũdia, posita in cõstructione post substã: i ua nomina, a nobis (more Græcorũ) exprimũtur ꝑ infinitiui presẽs*

præmissa ei particula, quam diximus esse notam Genitiui casus, vt Pet.

,, *E quale è dritta via di gire al Cielo.*

Nam etiam Græci dicunt via di andare, *via eundi. Præterea eodem Infinito soluimus Gerundium quod per heterosin superioris constructionis regitur à præpositione* AD *post nomina substantiua, vt tempus agendi, vel ad agendum. Nos* Tempo di fare, *vel* a fare, *Græce* Pros to poiein.

,, *Perche a saluar te, e me null'altra via*
,, *Era alla nostra giouinetta fama.*

Vel (vt Latini) resoluimus per subiunctiui præsens, vt

,, *Tempo è ch'io torni al mio primo lauoro.*
Tempus redeundi, vel vt redeam,

& quod regitur Latine à voce illa Causa uel gratia, nos per Infinitiuum præposita ei particula PER

,, *Per fare vna leggiadra sua vendetta.*

Causa faciendi: Græca imitatio: & significat finem, quo agens persona respicit.

,, *Per spegner della mente fiamma insana.*
,, *Per saper s'esser può Morte pietosa.*

Per Infinitum etiam soluimus Gerundium quod necessitatem rei significat præposito illi uerbo Hauere, *ut Græci faciunt uel* Conuenire, *aut his similibus, vt*

,, *Tutti hauemo a cercar altri paesi.*
Quærenda sunt nobis aliæ regiones.

,, *Perch'al ver si deue*
Non contrastar, ma dar perfetta fede.
,,

Illud

Illud item, quod Latini post, Prępositionem AD, *Florentini soluunt per Infinitum cum eadem prępositione, vt*

„ *Tanto amor venne pronto a lei ferire.*
„ *Pur' a vedere, e contemplare il fine.*

& quod à prapositione IN, *eodem modo soluunt, vt*
„ *In consolare i casi, e dolor miei.*
„ *Tutte le forze in dar fama a costei.*

Igitur participia quę transeunt in nomina fiunt Gerundia significationis passiuę: nam si essent Participia soluerentur per Infinitum actiuum cum prapositione aut per Indicatiuum: tale enim est participium in Do *quod habemus. vnde* Onorando & Riuerendo, *valeret* nell'Onorare, e nel Riuerire, *uel* mentre riuerisce.

„ *E giugnendo, quand' altri non m'aspetta,*
„ *Ho interrotti mille pensier vani.*

Giugnendo, *id est,* col giugnere ho interrotto.
Hoc enim participium, quo frequenter utimur, ea omnia potest significare, quę ultimus obliquus, ut exempli gratia, modum, uel formam. & ut nos dicimus, il come, *quando, ut.*
„ *Che per se stessi son leuati a volo,*
„ *Vscendo fuor della commune gabbia.*

Causam efficientem, il perche, *quamobrem.*

„ *Haurà gran merauiglia di se stessn.*
„ *Vedendosi fra tutte dare il vanto.*
& alia quę per hunc cbliquum significari solent.
Vt igitur eo reuertar, unde digressus sum, nullum aliud habemus Gerundium, pręter hoc quod ex participio migrat in nomen, ut Boccacc.
„ *La riuerenda maestà delle Leggi.*
Quod Augustus Cęsar carmine quodam suo dixit.

Legum

„ *Legum veneranda maiestas.*

id est, quam ut omnes uenerentur, dignũ est. Græce diceretur Degna esser honorata. *ita etiam* Tremendo, Horrendo, Stupendo, *& his similia pari ratione resoluuntur. Itemq; Gerundia sunt illa, quę necessitatem significant, ut* Douendosi honorare il suo signore, *cum sit exhibendus honor regi suo. uel quæ reguntur à præpositione* IN *ut* In parlando non offendere alcuno. *Inter loquendum uel loquendo neminem lęseris. Cętera sunt participia nobis, ut Gręcis etiam frequentissima, de quibus & si multa iam diximus, tamen in secundo libro plura loquemur, ut ostendamus quomodo sint participia, nec (ut multi uolunt) Gerundia, quorum eadem quæ participiorum formatio est, quamuis scriptores quidã alius à tertia pręsentis Indicatiui singularis, alius à Latinis Gerundiis ea deducta esse docent, quod ut à uero longe alienum est, ita plures secum exceptiones afferret, quã oratione complecti quis possit. At nullę hic sunt, ut planum est. Obseruabis tamen fieri, si uelis, epenthesim in his addita consonanti in media uoce, ut*

Salendo *uel* sagliendo, volendo *uel* vogliendo,
Dolendo *uel* Dogliendo chiedendo *uel* chieggendo.
Cadendo *uel* caggendo solendo *uel* soghendo.
Tenendo *uel* tegnendo, venendo *uel* vegnendo.
Sapendo *uel* suppiendo, potendo *uel* possendo.
Chaendo *uel* chaiendo, *est à uerbo* chiero. Petrar.

„ *Ti chier mercè.*

Sed hæc hactenus.

DE PRAEPOSITIONE.

RAEPOSITIO *pars orationis indeclinabilis, eodem nomine uocata etiam apud nos, sic dicitur a collocatione, quam habet ante alias partes, quibus pręponitur idque duobus modis uel Per Appositionem, indeque reguntur subiecti casus aut ea quę pro casu ponuntur, uel Per Compositionem, quando scilicet cum aliis orationis partibus iunguntur.*

Pręposi-

Prepositiones secantur in species duas.	Separabili *separabiles.* Inseparabili *Inseparabiles.*

Inseparabiles sunt quę nunquam inueniuntur nisi in compositione, & sunt hęc.

DIS	*Iunge exempli gratia cũ bis uocibus. inde habe bis.*	Fare.	Disfare.
RI		Fare.	Rifare.
RE		Spirare,	Respirare,
ES		Porre.	Esporre.
RA		Corre	Raccorre.
TRAS		Porre.	Trasporre.
MIS		Fatto.	Misfatto,
POS		Porre.	Posporre.

Eandem uim habent litterę S.R. *ut* coronare, scoronare, parare, sparare, Afficurare, Raſſicurare, Allentare, Rallentare.

Separabiles sunt, quæ aliis orationis partibus per regimen casus inseruiunt, ut nunc aperiemus.

Casus, qui ab ea reguntur, sunt obliqui omnes.

Obliquo *I.*

Præter omnium opinionem. Fuori d'ogni credenza.

Obliquo *I I.*

Circa cor. Intorno al core.

Obliquo *I I I.*

Post mille annos. Dopò mille anni.

Obliquo *I I I I.*

Trans Padum. Di la dal Po.

Varias earum significationes hac tabula ante oculos ponere decreuimus hac ratione.

delle

- *delle separabili.*
  - *motum* moto
    - *de loco* di luogo, *ut* — *Florentia* di Fiorenza.
    - *ad locum* a luogo. — *Romam.* a Roma.
    - *per locum* per luogo. — *per Etruriam* per Toscana.
    - *versus locum* verso luogo. — *versus Neapolim.* alla volta di Napoli.
  - *statum* stato
    - *in loco* in luogo. — *Florentia* in Fiorenza.
  - *causam* cagione
    - *efficientem* efficiente — *propter metum.* per paura.
    - *finalem* finale. — *honoris ergo* per l'honore.
    - *formalem* formale. — *magna cum diligentia.* con gran diligenza.
    - *materialem* materiale. — *de solido marmore.* di marmo puro.
    - *instrumētum* instrumētale — *cum armis cum telo* con l'armi.
  - *ordinem post* ordine dopo — *voluptatem dolor* il piacere il dolor.
  - *societatem* compagnia. — *cum equitatis* con la caualleria.
  - *priuatione* priuatione. — *absque pecunia.* senza danari.

signi-

significatio, & vis, & potestas. La forza, & il significato.

obsecrationem offecratione,	*per fidem tuam.* per la fede tua.
vel preghieta.	*pro tuo in me (amore* per l'amor che mi porti.
remotionem rimouimento,	*longe a malo.* lungi da male.
comparationem. Paragone.	*præ illo.* a petto quello.
patrocinium patrocinio.	*pro Cæsare.* per Cesare.
accusationem accusa.	*in Verrem.* contro a Verre.
vtilitatem vtilità.	*pro nobis.* per noi.
titulum, & argumentum. soggetto, e tenore.	*de amicitia.* sopra l'amicitia.
vnde & à quo. riceuimento da chi.	*ab Augusto id gratia habeo.* da Agusto ho la gratia.
agentem personam. operante persona, chi fa.	*à me factum fuit.* da me si fece.

delle inſeparabili.	*contrarium ſimplicis.* contrario del ſemplice.	*deſtruere.* disfare.
	augmentum. accreſciinento.	*extraordinarius.* ſtraordinario.
	iterationem. replicamento.	*relegere.* rileggere.
	imminutionem. ſcemamento.	*ſubridere.* ſorridere.
	coniunctionem. congregamẽto,	*coniungere.* congiungnere.
	ſeiunctionem. diſgregamento.	*diſſentire.* diſſentire.

C*ompoſita voces, aut cum præpoſitionibus, aut cum alijs partibus, ex integris iunguntur apud nos: raro ex corruptis, ad ſummum geminat conſonantẽ initialẽ, ut* Raccorre, *ex* Ra, & corre.

Præpoſitiones in compoſitione præponuntur excepta co, *quæ per Anaſtrophen, vt apud Latinos ſupponitur, vt*

mecum,	*tecum,*	*ſecum,*	*nobiſcum,*	*vobiſcum.*
Meco,	teco,	ſeco,	noſco,	voſco.
				vulgo con meco.

Quod etiam apud bonos auctores reperitur, & con eſſo meco.

Præpo-

Præpositiones æquiuocæ notis casuum.

Di vel De e, seu ex. A ad. Dá ab.
Di e, vel ex.

INseruit Ablatiuo & significant motum de loco, vt Vengo di casa, di piazza, di palazzo, di villa.

Et materialem causam: vt Far di marmo, lauorar di marmo, lauorar di legname: *& eiusmodi.*

„ Per *far di marmo vna persona viua.*

DE e, vel ex.

VLtimo cum obliquo iungitur etiam præpositio DE *in eadem loci significatione, quæ præpositio superior, sed cum articulo, à quo separatur ne capiatur tanquam nota casus Generandi. vnde dicimus* Vengo del regno di Napoli, *& in plurali,* Torno de i paesi Settentrionali, *pariter significat materiam, vt* Di marmo si fabricono i Templi, & si fanno le statue. Della seta si fanno le vestimenta, De le frondi, ouero de i fiori si tessano ghirlandette, *vt Virgil.*

„ *Solido de marmore Templa.*

A ad.

MOtum ad locum significans hæc præpositio regit tertium obliquum, vt a Roma, a Napoli. *quod si ponatur articulus seiungitur, vt differat à nota casus dandi, ut* a l'Orto, *in ortos.* A la Nuntiata, *ad diuæ Nuntiatæ.*

D A, *ab.* & A *quando est* A D.

R *Egit Obliquum vltimum Præpositio* D A , *tanquam motum de loco significans, ut* Da Roma, da Fiorenza.

„ *Partiti da coteʃti.* *discede ab istis.*

Et cum articulo eandem ob causam separato, ob quam superiores præpositionis, ut La, la chiesa, da la villa, *ex agro è templo & interuallum loci, aut temporis denotat. ut* Da quell'ora in qua non ti ho mai veduto, *ex eo te nūquam uidi.* Da casa tua a casa mia ci ha vn miglio, *à tuis adibus distant mea passus mille.* A, *si sequatur vox incipiens à uocali, assumit litteram* D, *vt etiam quando est nota casus dandi præposita nominibus absq; articulo, ut* Ad ogni persona, *rectius quàm* A ogni persona. *ita significantes motum ad locum dicimus,* Ad Arno. *at sequente diuersa vocali sæpius non additur consonans, ut* A Empoli. a Osimo, a Vgnano.

Præpositiones quot sint.

Q *Væ verè & simpliciter sunt præpositiones, sunt quinquaginta quinque, videlicet.*

Accanto	*secus.*	Dentro,	*in, intus.*
Adosso	*super.*	D'intorno	*circum.*
Affronte	*à fronte.*	Dauanti	*coram.*
All'incontro	*è regione.*	Dietro	*post, retro.*
Anzi	*ante.*	Di qua	*cis, citra.*
Appiè	*ad radices, infra.*	Dinanzi	*ante.*
Appetto	*præ.*	Dirimpetto	*è regione.*
Appo	*apud.*	Dopo	*post.*
Appresso	*prope, penes.*	Eccetto	*preter.*
Allato	*proxime.*	Entro	*intra intus.*
Circa	*circa.*	Fino	*vsque,*
Con	*cum.*	Fuor, fuora	*extra.*
Con esso	*simul cum.*	Fuore, fuori	*foras.*
Cõtro, & cõtra	*contra.*	Fra *uel* Tra	*inter.*
Da là	*trans.*	Giusta	*iuxta.*
Di nascoso	*clam.*	In	*in, penès.*
Infino	*vsque.*	Inuerso	*aduersus, erga.*
		Rimpetto	*ex aduersum.*

In-

Infuori	*præter.* (*uiam*	Senza	*sine.*
Incontro	*aduersus uel ob-*	Secondo	*secundum.*
Inanzi	*ante.*	Sopra	*supra.*
Intra Infra	*inter.*	Sotto	*sub.*
Lungo	*secus.*	Su	*super.*
Lunge	*longe.*	Verso	*versus ergà.*
Oltre *uel* oltra	*præter, ultra.*	Ver *pro* verso	
Per	*per.*	Vicino.	*propè. Et alia*
Rasente	*secus.*	*si qua sunt, quæ mihi exciderint.*	

Quos casus præpositiones regant.

SAepius non vni Obliquo tantum, sed uarijs vna eademq; præpositio inseruit. Singulas igitur illarum vires in regendis casibus aperiemus.

Primo, Secundo, Tertioque Obliquo ancillantur.

Oltre, *vel* Oltra 1, Appresso 2, Presso 3.

1 OLtra di molte cose, che io per breuità trapasso, *præter multa* Oltra al beneficio fattoli in prima, lo accrebbe di horreuoli dignità. *præter beneficium ponitur.* Oltre *sequente a; sed non seruatur.* Oltra la speranza *præter spem.*

„ *Alquanto oltre l'vsanza si soggiorna.*

Ponitur cum eodem casu comparatiue & ualet Piu, *vt*

„ *Oltra le belle bella.*

id est, piu bella delle belle.

„ *Che stile oltra l'ingegno nõ si stende.* vltra ingeniũ.

2 Appresso de' rei non ha luogo la reuerenda maestà delle leggi. *Apud improbos.* Appresso de' giudici è tutta l'autorità. *penes iudices est auctoritas: adnotarunt non dici per primum Obliquum sequente pronomine.* Appresso à Dio è la misericordia: *apud Deum.*

„ *Virginia appresso il fiero padre armato.* apud patrẽ.

3 Presso di qui habitai: presso di te hebbi la mia casa *prope hunc locum.* Presso all'estremo *prope mortem.* Et è già presso al giorno. *prope diem.* Fui lor presso. *prope illos fui. Anastrophe.*

Secundo & Tertio inseruiunt.

Contro 1, Contra 2, Incontro 3. Dinanzi 4, Innanzi 5.

1 Contro alla volontà del padre, *inuito patre.*
Niuna altra medicina è contro l'amor migliore, che l'occuparsi.

2 Contra Toscana tutta. *contra Etruscos omnes.*
Cum genitiuo vulgo vtimur: sed raro cum Pronominibus, nam est Contra voi, me, te, *& huiusmodi, & si aliquando* Contra di me, di te, *vt Petrar.*

„ *Amor contra di te già mai non valse.*

Si quis bonorum auctorum consuetudinem obseruet. rarius est cum Datiuo.

3 „ *Humil in se, ma'ncontr'Amor superba.*
„ *Socrate incontro a gli amorosi venti.*

Cum valet obuiam, exigit dat. per Anastrophen, vt.
Mi si fe incontro, *id est,* incontro a me si fece. *obuiam mihi se obtulit.*

4 Dinanzi la casa mia. *ante meas ædes.*
„ *Poco dinanzi a lei vidi Sansone.*
„ *Vola dinanzi al lento correr mio.*

5 „ *Deh perche inanzi tempo ti consume?*
ante tempus.
„ *Negar, disse, non posso, che l'affanno,*
„ *Che va inanzi al morir non doglia forte,*
ante obitum.

Haue

,, *Hauer la morte inanzi a gli occhi parme.*
ante oculos.

Sunt qui geminant liquidam, quod ego rectius puto. Innanzi, *non tamen aliorum labores & iudicium paruifacio.*

Secundo & Quarto inseruiunt.
Dauanti 1, Entro 2.

1 CHe l'atto dolce non mi stia dauante.
dauanti a me,
Per Anastrophen : & fuggir lor dauanti : *id est*, dauanti da loro.
2 Entro alle mura. entro alla porta.
,, *Le man l'hauessi io auolte entro capegli.*
Dicitur etiam Per entro. *cum tertio obliquo.*
,, *Glauco ondeggiar per entro quella schiera.*

Primo obliquo, & Secundo seruiũt.
Circa 1, Dentro 2, Dirimpetto 3.

1 CIrca di questo, ogniuno è contentissimo.
Circa a quello, che tu mi scriuesti.
Has locutiones probauit vsus, penès quem vis est arbitriumque & norma loquendi. & si apud antiquiores scriptores non inueniũntur.
2 Dentro delle porte della città.

,, *Col ferro auelenato dentr'al fianco.*
Dentro all'acque *in aquis. motum etiam de loco exprimit.*
,, *Ch'ogni altra uoglia dentro al cor mi sgombra.*

id est, di dentro del core. *ex intimis pracordiis. Num exprimit, quod ego ſtiam, motum ad locum niſi aduerbialiter, nam caſus ab alia prapoſitione, quę ibi additur, reguntur, ut* E queſto detto ſe n'entrarono di lungo in caſa. *ſunt qui ſcribunt* Drento, *quod non probo, quamuis vulgo ita loquantur.*

3 Dirimpetto alla caſa, dirimpetto allo ſtudio, *dicimus etiā* Rimpetto *in eodem ſignificatu cum primo Obliquo.*

,, *A rimpetto di me dall'altra ſponda.*
in vſu eſt. Al dirimpetto, *cum ſecundo obliquo.*

Primo, & Tertio inſeruiunt.

Fora, fuora, fuor, fuori 1. Inuerſo 2.

1 ,, *I ſarei già di queſti penſier fora.*
Per Anaſtrophen, ut Latini, crurum tenus.

,, *Che ſignoria non hai fuor del tuo regno.*

Motum de loco. Fuor di caſa. fuor del giardino, *inde habet multas locutiones per amplificationem, ut* Fuor di mano, *in ſeceſſu longo.* Fuor di modo, *ſupra modum:* Fuor d'ogni ſperanza, *prętor ſpem.* Fuor d'ogni credenza, *vltra quam credi poſſit.*

,, *Fuor tutti i noſtri lidi.* extra littora.

Cum eodem Obliquo ponitur cū ualet Prater, ut Ho ogni coſa in ordine, fuori i danari, *item.* Ogni coſa ſta bene fuori la tua ſouerchia curioſità. *Excipe redditiones, quę in eodem caſu locantur, qui antea pręceſſit cum verbo ſuperioris clauſula. ut* Niuno diſſe pur vna parola, fuori ſolamente io, *item.* In ogni coſa era ſperimentato, fuori nella Muſica. *vel addita particula* CHE *per Apodoſin ad hāc, de qua loquuntur, ut* Fuori che nella Mu-

Musica, *quod elegans est, uel per Anastrophen*. Dalla Musica in fuori, *de quo inferius*.

2 ,, *Che mai non fosse inuer di me più fiera.*
,, *Ch'i volsi inuer l'angelica beltade.*

Hoc per Apocopen. integra uox est inuerso. Inuerso l'Occidente. Inuerso Toscana, Inuerso mezzo di. *Meridiem versus.*

Tertio, & Quarto sunt.

Su 1. In 2.

1 ,, *Qual fior cadea su'l lembo.*
,, *Qual su le treccie bionde.*
denotat motum ad locum.
,, *Non v'indugiate su l'estremo ardore.*

Statum in loco indicat & tempus: simulque ponitur cum præpositione IN su la sera, *sub uesperam*. In su la porta, *in ipso limine*. In su la riua d'Arno.

,, *In su'l mio primo giouenil errore.*

Item cum præpositione PER *à tergo significat motum per locum.*

3 ,, *Gia su per l'Alpi neua.*
Su per l'alto cielo, Su per le scale, Su per la terra.

2 ,, *Veggendo in terra alluminar le carte.*
Motum ad locum indicat, sed valet etiam contra.
,, *Aiace in molti, e po' in se stesso forte.*
Contra uel in seipsum.

Et statum denotat cum quarto casu. Te penès, *ut* In te, non in altri è posto. T*e penes est.*

,, *A qualunque animale alberga in terra.*

Se quen-

Sequente articulo ponitur eius loco N E, *ut* Nella terra, Nel cielo. in terra, in cielo. *Hanc ego orthographiam sequor, quam apud optimos quosque comperio, coniungentes particulam* N E *cum articulo geminata* L. *credo ad differentiam particulæ negandi, ut* Ne la terra ne il cielo. *Neque terra, neque cœlum. & quod Petr. dixit.*

„ *Il dì sesto d'Aprile in l'ora prima.*

Per licentiam Poeticam dicitur, pro nell'ora. *neque enim hoc patitur vsus nisi addatur particula* S V, *ut* In su'l tetto, in su la piazza, in su'l banco.

Genitiuo.

All'incontro 1. A pie. 2.

1 ALl'incontro del palazzo era vna gran torre.
Et ad res, & ad personas refertur, ut
All'incontro di Cesare stette Pompeio.

2 „ *A pie de' colli, oue la bella vesta.*

Datiuo inseruiunt.

A canto 1, A lato 2, A petto 3, A frõte 4, Appresso 5, D'intorno 6, Infino 7, Di nascoso 8, Dietro 9, Vicino 10.

1 A Canto a me, a canto alla casa, a canto alla via. *secus viam.*

2 A lato a Cesare sedeua Antonio. *proxime uel proximus Cæsari sedebat Antonius.*

3 A petto a me egli non è nulla. *præ me, id est si mihi comparetur.*

A fronte

4 A fronte a' nimici erano i Germani, *aduersus hostes.*
5 Appresso. *vide pag. 117.*
6 Eran d'intorno al carro trionfale.
7 Infino a Roma n'vdirà lo scoppio.
8 Di nascoso al padre *clam patre.*
9 Egli è dietro alla sua fatica, *vrget opus suum.*
Sequente vocali additur D. *particulæ* A, *vt* Dietro ad vna torre. *post turrim.*
10 Vicino alla notte, *sub noctem.*
Vicino alla città, *prope vrbem.*

Tertio Obliquo inseruiunt.

Per 1, Rasente 2, Secondo 3, Sopra 4, Adosso 5, Tra 6, Fra 7, Intra 8, Infra 9, Giusta 10, Lungo 11, Dopo 12, Eccetto 13, Anzi 14, Appo 15, Ver 16, Verso 17.

1 L*Ate patet significatio vocis huius* PER *pauca hęc breui indicabimus. Est igitur causę efficientis, vel finalis, vt* Per mantenimento della vita, *& Obsecrantis, vt* Per l'amor di Dio, per la salute mia, *& Iurantis vt* Per la Fede mia, Per quello Iddio, che noi adoriamo. *Motum per locum, vt* Per mare, per terra sempre e incorso in pericoli, *vt Hor. Per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes: cum infinito, vt*

„ *Per far fede qua giù del suo bel uiso.*
Pel. *in singulari pro* Per lo. Pe' *in plurali pro* Per i, *vt* Pel palazzo, pe' palazzi.
2 „ *Rasente l'orecchio.*
secundum aurem.
3 „ *Secondo lei conuien mi regga, e pieghi.*

id est, alla voglia sua: *ad nutum ipsius.*
Secondo me, *pro vt ego arbitror, mea quidem sententia, & cum clausula à tergo, ut* Secondo che i giudici diceuano, *iuxta sententiam iudicum.*

4 „ *In darno hor sopra me tua forza adopre.*
corse sopra il suo nemico, *in hostem irruit.*

5 Adosso me voltate tutta la colpa. *In me coniicite, transferte crimen in me.*

6 „ *Tra la spiga, e la man qual muro è messo.*
Idem ualet Fra.
7 „ *Fra le uane speranze.*
Inter spem curamque. Horat.

8 Intra i Filosofi il più nomato è Socrate. *inde fit uox illa.*
Intra due *in ambiguo.*
9 Infra *idem ualet, ut.*

„ *E le rose uermiglie infra la neue.*
10 Giusta le forze mie, *pro uir ili mea frequens cotidie est in familiaribus colloquiis. & vsu receptum.*

11 „ *Così lungo l'amate riue andai.*
Lungo la via. *secus uiam.*

12 „ *Penitenza, e dolor dopo le spalle.*
Post terga & cum infinito.
„ *Dopo molto uoltar, che fine hauranno?*

13 „ *Tutta coperta d'arme, eccetto il uiso.*
14 „ *Anzi tempo chiamata à l'altra uita.*
Ante tempus.

15 Appo noi non sono in alcun pregio, *apud nos nullo in precio habentur.*

16 „ *Piu feroce ver me, sempre più bella.*

In me ferocior, ualet uersus & obuiam.

„ *Ver me si fece, & io ver lui mi fei.*
Ver l'Aurora, *Auroram versus. Integra est verso.*

17 „ *Verso'l maggiore, e'l piu spedito giogo.*

Verso l'Oriente, *Orientem versus, valet etiam erga, & beneuolentia, & officij notam significat cum eodem Obliquo, & si per licentiam poeticam contendunt cum casu Generandi iunctam fuisse hanc uocem à Franc. Petr. ubi ait.*

„ *Verso di voi, o dolce schiera amica.*
Nos quidem ita loquimur, & visitatum est. Veruntamen nostrum non est tantas componere lites, peritiores uiderint,

Quarto Obliquo inseruiunt.

Concesso 1, Con 2, In fuori 3, Di qua 4, Di là 5, Lunge 6, Senza 7, Sotto 8.

1 Con esso lui, con esso voi, con esso me, *cum illo, Vobiscum, Mecum.*

2 „ *Con lei fuss'io da che si parte il Sole.*
„ *Non con altr'arme, che col cor pudico.*

Per

Per Anastrophen.id Latinorum imitationem Teco.Mecó,Seco,*sed praeposita iterum prep.* Con,*vt* con teco, con meco . *& cum aduerbio congregandi* Insieme , *simul*, *vt* con lui insieme *vna cum illo obseruatur apud bonos auctores.*

3 ,, *Ogni parere approuo dal tuo in fuori.*

Per Anastrophen,vt crurum tenus.

4 ,, *Di quà dal mar.che fa l'onde sanguigne.*
Citra mare Erythreum.

5 Di la dal fiume, *trans flumen contrarium superioris*.
6 Lunge dalla speranza, *spe destitutus.*
Cum particula DI,*vt* Di lungi della città, *longe ab vrbe*, Da lunge,*a longe est Aduerbium,cuius contrariũ est* Da presso.

7 ,, *Del popol senza legge.*

Habet enim vim priuationis.hac eadem soluuntur composita. Latinorum priuatione significantia,vt Senza arme,*inermis.*Senza speranza *expers: quorum multa sunt apud Graecos, quae cum particula priuatiua composita inueniuntur : & apud nos vertuntur per hanc prepositionem, cui subiungitur nomen, quod ad eorum imitationem componi debuerat, vt exempli gratia illud Allosij Alamannij .*

,, *Rispose il caualier senza paura.*
aphouos. *ita enim interpretor illum locum Nam si esset prepositio simplex cum suo Obliquo non significaretur animum fortissimi illius duci ita semper affectum esse consueuisse, sed tantum eo potissimum tempore, & in ea re tantum fortem animum ostendisse, nullaque formidine perculsum pectus tunc habuisse. Ego quid sentirem aperui : aliorum autem sit iudicium . Certè eam esse vim huius praepositionis in vniuersum,si minus in hoc loco fuerit,nemo est qui non videat.*

8 ,, *Sotto mille catene, e mille chiaui.*

Sotto

Sotto qual cielo. *vt virgil.*

,, *Quo sub cœlo.*

Sotto i rami dell'albero.

,, *Sub ramis arboris altæ.*

Idem Virgil. Sed hæc hactenus.

DE ADVERBIO.

DVERBIVM, *quod & nos, paulo immutata voce vocamus* AVVERBIO, *pars est orationis, quæ nullam variationem recipit, & semper eadem est, sic dicta ab ea orationis parte (verbo scilicet) qua cum sæpius in constructione collocatur, quamuis & adiectiui frequenter adhæreat: quæ quidem, vt proprij, vel appellatiui adiectiuum, sic ipsa verbi (& adiectiui aliquando) significationem varijs modis determinat, vt indicabimus quod idem facit etiam in substantiuis, ut* Non huomo, ma bestia.

,, *Huoma nò, ma la bestia c'huom somiglia.*

Determinat igitur, verbi actionem & vim aperiens, exempli gratia quomodo, quo tempore, quo in loco, quoties, & quare aliquid fiat, & alia multa quæ ostendentur.

habet accidentia.	*speciem* specie.	Primitiua	forte	*fortis.*
		Deriuatiua	fortemẽte	*fortiter.*
	figuram figura	Semplice	hieri & sera.	
		Composta	hiersera	*heriuesperi.*
	significat. significato.	1. di tempo.		*temporis*
		2. di luogo.		*loci*
		3. di qualità		*qualitatis.*

dine-

4	di negare	*negandi.*
5	di affermare	*affirmandi.*
6	di accrescere quan tità	*augendi.*
7	di scemare quan-tità	*minuendi.*
8	di temperare	*remittendi.*
9	di giurare	*iurandi.*
10	di desiderare	*optandi.*
11	di vietare	*proh:bendi.*
12	di esortare	*hortandi.*
13	di raunare	*congregandi.*
14	di paragonare	*comparandi.*
15	di eccedere	*superandi.*
16	di riserbare	*excipiendi.*
17	di assomigliare	*similitudinis.*
18	di dubitare	*dubitandi.*
19	di dimostrare	*demonstrandi.*
20	di eleggere	*eligendi.*
21	dell'accidente	*euentus.*
22	di chiamare	*vocandi.*
23	di ordinare	*ordinandi.*
24	di separare	*separandi.*
25	di concedere	*concedendi.*
26	di domandare	*interrogandi.*
27	della persona	*persona.*
28	di bene, o mal desi derare	*bene precandi, & imprecandi.*
29	del moto del cor-po	*motus, & status corporis.*

Et si qua alia sunt eiusmodi officij cum verbis, & nominibus.

De

De Aduerbiis temporis. I.

Aduerbia temporis sunt alia. { del domandare. { *interrogandi.* } del risponde-re. { *respondendi.* }

1 Quando, *Quando?* 2 Quanto, *Quandiu?* 3 Per fino a quāto, *Quousque?* 4 Quanto ha. *Quamdudum?* 5 Quanto è, *Quampridem?* 6 Quanto starà, *Quam mox?* 7 Quante volte, *Quoties? Quæ etiā sunt respondendi, ut si quis interroget,* Quando andrai? *responderi potest*, Quando io potrò. *Quando ibis? Quando potero.* Quanto starai, Quanto tu vorrai. *Quandiu aberis? Quandiu voles. & sic de singulis. Eadem etiam sunt demonstrandi.*

I. QVANDO.

& quæ ei respondent.

Omnibus temporibus inseruit, Presensi, Preterito, Futuro.

,, *Quando vede il pastor calar i raggi.*
,, *Quando'l colpo mortal la giu discese.*
,, *Quando fia tuo come nostro Signore.*

Demonstratiue habet Apodosin, ut apud Latinos.

,, *Quando'l Pianeta, che distingue l'hore.*
,, *Ad albergar col Taur si ritorna,*
,, *Cadde virtù, &c.*

id est, Allhor cadde virtù quando &c. *vel Antapodosin.*

,, *Era'l giorno, ch'al Sol si scoloraro*
,, *Per la pietà del suo Fattore i rai*
,, *Quand'io fui preso, e non me ne guardai.*

id est, quando io fui preso era apunto il giorno &c. *Eodem modo pro* Quando *ponuntur* Come, & Ove.

,, *Ratto, come imbrunir veggio la sera.*
,, *Oue tu non voglia sei spacciato.*

Latini etiam dicunt vbi, *&* vt *in significatione temporis.*

,, *Vbi satias cœpit fieri commuto locum.* Teren.
,, *Vt vidi, vt perij.* Virg.

Hęc interroganti per hoc Aduerbium respondentur.

Hieri *heri*. Hoggi *hodie*. Domani *cras*. Postdomani *postridie*. Il di innanzi *pridie*. Domattina *crastino mane*. Stasera *hoc vesperi*. Hiersera *heri vesperi*. Sta mane *hoc mane*. Hiermattina *heri mane*. Sta notte *hoc noctis*, A buon'hotta *diluculo*. Di notte *noctu*. Di giorno *diu*. In questo mezzo *vel*. In tanto *interea*. Per lo innanzi *in futurum*. Per l'auuenire *posthac*. Per l'adietro *ante hac olim*. Anticamente *antiquitus*. Modernamente *nuperrime*. Nuouamente *nouissime*. Prima *seu*. Inanzi che *antequam*. Poi che, *vel* Dapoi che, Poscia che, Da che *ex quo, posteaquam*. Tardi *sero*. per tempo *mature*. Tantosto *quãprimum*. Dapoi, poi, poscia *post*. Tosto, presto *cito*. Il di, Fra di *interdiu*. A tempo *tempestiue: opportune*. Col tempo *uel* Quãdo che sia *aliquando*. Allhora, allotta, Quando *tum cum*. Nõ cosi tosto *non tam cito*. A punto *commodum, & alia eiusmodi.*

Respondetur etiam per clausulas, vt

In quella *interim*. A' di nostri. A questa volta, & A tempo che Berta filaua *pro* anticamente, e già. *ita etiam humaniter respondemus.* Qual'hora più vi piace, *pro* Ogni volta *semper.*

& Da

& Da piccolo *a teneris.* Da fanciullo *à puero.* Colà vn poco dopo l'Aue Maria. *paulo post vesperam.*

2. QVANTO, Quamdiu.

& quæ ei respondent.

QVANTO *adhibetur ad interrogationem in discessu, vt* Quanto starai? *Quamdiu aberis? vel post reditum, vt* Quanto stetti? *Quamdiu abfuisti?* Due giorni, tre, quattro giorni, *& alia eiusmodi: Biduum, Triduum, Quatriduum.* Tanto *Tantisper*, Vn pochetto *paulisper*. Alquanto *aliquantisper.* Poco poco *parumper.* Sempre *semper.* Gran pezza *diu.* Assai *satis diu.* Vn tempo *ætatem*. Guari *multum*. Ne stette guari *antiqua vox & raro absque particula negandi.* Se tu lo terrai guari tempo appresso di te. Due anni, tre anni, quattro anni, *& alia eiusmodi Aduerbij officium facientia*, *Biennium, Triennium*, *Quadriennium*, Infino a quanto tu manderai per me. *Quo ad me accersiri iusseris.* Quanto io vorrò. *Quamdiu mihi placuerit.* Di giorno in giorno, d'anno in anno, d'hora in hora, *In dies, in annos, in horas, & alia his similia.*

3. PER FINO A QVANTO Quousque, & Quatenus.

& quæ ei respondent.

At simplex Aduerbium ibi.
,, *Qui come venni, o quando?*
Perche *Subcontinuatiua est, & Causalis, vt* Perche ti dissi che la mi piaceua, n'è venuto voglia anco a te. *inuerte ordinem, erit potius causalis*.
Pariter Atteso che, Considerato che, Veduto che, Attento che. *Latine* CVM, *subcontinuatiuæ sunt, & eleganter in exordio orationis collocantur sæpissime apud iuniores cum redditione particulæ* Perciò *in sequenti clausula, vt*
Atteso, che la insolentia in tutte le cose è alli giorni nostri cresciuta, per ciò si sono ordinate alcune nuoue leggi.

Quod

Quod per Participium absolute positum, dici etiam consueuit, vt Attesa la insolenza si sono ordinate &c.

Quæ Coniunctiones possunt etiam causales vocari, Latine Nam, Eo quod & alijs his modis. sed tunc aliam collocationem potius seruant, vt Molte leggi si sono nuouamente publicate, atteso che l'insolenza era troppo largamente scorsa tra le genti. *Quoniam tu me seruasti, debeo tibi plurimum, vide ex subsistentia nulla cum hypothesi, nasci consequentiam. Inuerte ordinem dices potius ethiologiam, vt plurimum debeo tibi, quoniam tu me seruasti.*

4. Coniug. di distinguere & separare.

D*isiunctiuæ sunt, quæ dictiones coniungunt, non sensum: alterũ enim, non vtrunque affirmamus nisi in diuersis temporibus, videlicet* O, *vel* Ouero *siue.* O si *seu.*

,, *Lasciar il velo, o per sole, o per ombra.*

Cui additur aliquando littera D *per Euphoniam, ut*

,, *Pommi in humil Fortuna, od in superba.*
,, *Ella più tardi, ouer io più per tempo.*

5. Cong. di contrauenire, & contraporsi.

A*Duersatiuæ aut quæ aduersũ conuenienti significant* Pur, Nõdimeno, Nientedimeno *tamen.* Pur nondimeno, *vt* molte cose ho fatte, pur tu ne sei ingrato. *vel quibus non obstare, aut impedimento esse, id, quod dicimus, quominus aliquid fiat significamus, secantur autem tunc in Prepositiuas, & in Subiunctiuas, & respondentes ad præmissa.*

Benche *quamquam.* Ancor che, *vel* Ancor *quamuis.* Se bene

ne & *si.* Auuenga Dio che *cum.* Auuenga che & *si.* Quantunque *quamquam.* Come che, & Perche *pro* Benche *praponuntur,& Antapodosin faciunt.*

Tuttauolta *tamen.* Non dimeno *verumtamen.* Nientedimeno (*quod apud bonos auctores est in vsu*) Nulla di meno (*vulgo dicitur*) Non per tanto(*apud bonos auctores*)*non tamẽ.* Non perciò *non iccirco.* Almeno *saltem,respondent,& Apodosin faciunt. nec tamen ad superiora semper respondetur,quæ elegantissime in orationis structura locãtur in eadẽ significatione, vt*

,, *Soccorri alla mia guerra,*
,, *Benche io sia terra,& tu del Ciel Regina.*

Item apud eundem.

,, *Misero esilio auuenga ch'io non fora*
,, *D'habitar degno, oue voi sola siete.*

& Dantes.

,, *Nacqui sub Iulio ancor che fosse tardi. idem.*
,, *Che ti conosco, anchor sie lordo tutto.*

Cum Apodosi sit hoc exemplum.

QVANTVNQVE ciò che tu ragioni sia ottimamente detto, non è perciò così da correre a eleggerlo. *vt Virg.*

,, *Quamquam in media iam morte tenetur*
,, *Non tamen abstinuit. &c.*

Come che ciò gli paresse graue & noioso: pure deliberò far vista almeno di contentarsene.

Perche l'effetto sia alquanto spauenteuole, non vi douerà però esser men caro, per l'vtile ne haurete maggiore.

Perche *id est* Benche.

Habemus etiã coniunctiones quę aliquid impedimenti, ad aliquid agendum, extitisse significant: & iccirco ad exitum properatum non fuisse opus desideratum, vt Se non che *nisi.* Se non *ni. vt* Se non fosse, o se non mi ritenesse, *vt*

Se

24. Auuerbi del Separare.

Separandi sunt.

SEparatamente *separatim*. Da parte *seorsim*. Particolarmente, *uel* In particolare *præcipue*. & Priuatamente *vel* In priuato *priuatim*. Alla spiccata *singillatim*. *& quæ circumscribunt, vt* Ogniun da per se. L'vno lungi dall'altro. *Adde his quæ diuersitatem rei ostendunt, ut* Altrimenti *aliter*. Non cosi *secus, & diuidendi, vt* In due modi *bifariam*. In più modi *multifariam*.

25. Auuerbi del Concedere.

Concedendi sunt.

SI *ita*. Volentieri *libenter*. Hor su *age*. Di gratia *obsecro*. Della buona voglia *esto*. Cosi sia *esto*. A tuo piacere *vt libet*. A tua posta *vt velis*. Son contento, Sia fatto, *& alia eiusmodi, quæ circumscriptionem hanc faciunt.*

26. Auuerbi del domandare.

Interrogandi sunt hæc.

PErche cagione? *quare*? Che vuol dire? *quamobrem*? Perche cosi? *quid ita*? Perche no? *cur non*? In che modo? *quomodo*? E quanto? *ecquid*? *& his similia*.

27. Auuerbi della Persona.

Personalia sunt.

AL modo mio *meatim.* Al modo tuo *tuatim.* Da par suo *suatim.* Da nostri pari *nostratim.* Da par vostri *vestratim. vel dicimus eleganter* Delle mie, Delle tue, Delle sue, Delle nostre, Delle vostre. *ita etiam.* Alla Todesca, alla Spagnuola, Alla Francese, Alla Soldatesca, Alla Cortigiana, *more militum, more curialium, & alia his similia. Pariter dicimus.* Alla domestica *domestice.* Alla familiare *familiariter. de quibus in Aduerbijs qualitatis diximus.*

28. Auuerbi del Desiderare altrui bene, o male.

Bene precandi, vel imprecandi, & execrandi Aduerbia, ut apud Latinos circunscribuntur, vt

BVon prò *prosit.* Senza prò *vel* Il mal prò *male vertat.* In buon'hora *bonis auibus.* In mal'hora *in malam rem.* A buon porto *fortunet Deus.* Alle forche *in malam crucem.* Che rompa il collo *in praeceps.* Bene haggia *bene sit tibi.* Male haggia *male sit tibi.* Morir postù *pereas.* Va co'l mal'anno *valeas.* Dio te ne guardi *Deus auertat.* Buon giorno *uel* Buō di *precor tibi felicem hanc diem* Buona notte *precor tibi felicem hanc noctem.* Dio vi aiuti *seruet vos Deus.* A Dio *vale.* Così mi guardi Dio *ita me Deus bene amet.* Che ti venga le gotte *occupet te podagra. & alia his similia.*

Dello Adolorato.

Dolentis, seu Lugentis.

AHime, Ohime *Hei mihi*, Hoi *heu*. O o Ah *ah*. Oh oh *oh*. Lasso, & lasso me *me miserum*.

„ *O quanto fora meglio esser vicine.*

Del preso da paura.

Timentis.

O Dio *hei*. Vh vh *at at*. Sta sta *st*.

Dello Spauento.

Expauescentis.

OHoh *oh*. Che domin *quid malum*? Via via *propere*. Ar m'arme *arma arma*. Ecco ecco *en en*. *& similia.*

Del Gridante.

Exclamantis, seu vociferantis, quod vulgo dicimus gridare a corruomo, gridare a testa.

O O Oo *o*. O cosa brutta, O caso strano *proh nefas*. Ah *vt* A questo modo ah? *ita ne*? O cielo, O terra, O ribaldo, *o scelus*.

„ *O cupidigia ch'i mortali affonde.*

„ *O inconstantia dell'humane cose.*

Del preso da merauiglia.
Admirantis.

BEn be *at at*. Vhu *hem*. O puo fare *papæ. o o.*

„ *O che dolci accoglienze caste, & pie.*
Et quod mulierculæ dicunt, & pueri Cagna, capperi, cappuccio, cacio, mucia, *& alia quæ passim ex alijs partibus migrant in has tanquam Interiectiones.*

Del Lodante.
Lodantis.

O Bene, o bene *pulchre*: bene bene *euge*. bene sta *recte*. Gala, *astute.*

Di quel che da la baia.
Deridentis.

O O Ghieu Ghieu. Lima Lima. Oh vah *vah*, *& alia quæ plebeia cum sint omittenda duxi.*

Del Ricusante.
Repellentis.

O Va, vanne va. Eh lieuati *apage te*.

Del preso da sdegno.
Indignantis.

OH vå *i nunc*. Ben ti sta, Il douere *iure obtigit*. Ve *væ* Ve che creperai, che diauol *quid malum*? che diauol di cosa è questa? *quid malum hoc rei est.*

Dello

Dello Sgridante.

Increpantis.

EI *eu.* Si ah? *ita ne?* Doh *vah.* O *o.*

„ *O insensata cura de' mortali.*

Vh che ti caschi il fiato *plebecula frequens dictum.*

Dello hauente a stomaco.

Stomachantis.

OHibo, ihi, chih, puh. Oh' mal'hora.

Di quello, che coglie all'improuiso.

Deprehendentis ex improuiso.

ACha *at at.* A Dio *euge, Ironice dictum.* *vt* A Dio huomo da bene *heus bone uir. eadem Ironia.* Buon di buona notte. Non merauiglia *hinc illa lachryma.* Ecco doue mi doleua *hoc illud est. & alia, qua deprehendentis quempiam in aliquo facinore stomachum indicant.*

Di quello che si raccomanda.

Deprecantis.

DEh eh *hem, qua sepenumero prafiguntur his locutionibus.* Per l'amor di Dio, Di gratia, *& similibus, vt* Deh di gratia, ah per l'amor di Dio.

Del comandante il silentio.

Silere, admoto ori digito, iubentis.

ZI st. Zitto, Cheto, *huc referri illud potest quod cum stomacho inducuntur à Comicis mulieres loqui (ut uere faciunt) cũ quidpiam pronuntiatum fuisse audierint quod incredibile, nec vllo pacto verisimile existimarint. Latini dicunt.* A v. *vt* Vh, sta cheto, Fa che non ti senta ve, Vh che passerotti. Odi che scerpelloni. Chiudila di gratia. Vh, che ti si secchi.

Del Minacciante, & del Ridente.

M*Inantis* Ah ah *Ridentis* Oh, oh, oh. *& similia, quę molestum, & odiosum nimis esset subtiliter indagare.*

Del Ricordantesi.

R*Eminiscentis* O *hem.*

,, *O, dissi lui, non sei tu Odorisi?*

DE

DE CONIVNCTIONE.

POSTREMVM *denique locum occupat in hoc ordine illa pars, quæ orationis membra, & clausulas, & uoces inter se apte coniungit: quam nos ab eiusmodi officio* Legatura, *uel Latinos imitati* Congiuntura *nuncupamus.*

1 di accoppiare *copulatiuæ.*
2 di continouare *continuatiuæ.*
3 di soggiugner la continouatione *subcontinuatiuæ.*
4 di distinguere, & separare *disiunctiuæ.*
5 di contrauenire, & contraporsi *aduersatiuæ.*
6 di eleggere & scierre *eligendi.*
7 di sminuire, & scemare *diminutiuæ.*
8 di rendere, & assegnare la ragione *causales.*
9 di conchiudere, & inferire dal su detto *illatiuæ.*
10 dell'attendere, & risguardare il fine *finales.*
11 di dubitare, & stare in fra due *dubitatiuæ.*
12 del non consentire per l'impedimento *abnegatiuæ.*
13 del trarre, & eccettuare *exceptiuæ.*

del

14 del diffinire,& aprire,& dichiarare *diffinitiuæ.*
15 del seruire per ripieno, *expletiuæ.*
16 dell'aggiugnere, *adiunctiuę.*
17 del porre le conditioni, *suspensiuę.*
18 del distribuire,& assegnare, *distributiuæ.*

1. Con. dello Accoppiare.

C*opulatiuæ sunt* E, ET ANCORA, ETIAMDIO, NE.

E *ponitur sæpius ante voces incipientes à consonanti: vt contra* ET *incipientibus à uocali. sed aliquando (vt dixi) fallit hæc obseruatio. quamuis elegantior.*

,, *Et al mar ritogliesse i pesci, e l'onde.*

Si ponatur ante incipientia à uocali fit sępius sequentis uocalis elisio pręcipue in monosyllabis, ut E'n *pro* E in E'l *pro* E il.

,, *Leuarsi insieme, e'n un punto, e'n un'hora.*
,, *Come natura al Ciel, la Luna, e'l Sole.*

Copulat itaque verba, & sensum. Verba (vt superiori exẽplo vtar)

verba E	Pesci *sensum* / onde	Ritogliesse	pesci. / onde.

Idem est officium aliarum. Nonnunquam abundat. & fit Polysyndeton, vt vnicuique uoci sua copula præfigatur Latinorum more, vt

,, *A l'huomo e l'intelletto, e le parole.*

Aequiuoca est tertia singularis præsentis Indicatiui Substantiui verbi, quæ, vt dignoscatur à copula, graui accentu scribitur. Homo-

monyma etiam est articuli pluralis masculini E, *de quo supra pag.3. diximus. item pronominis masculini pluralis* E *pro* Ei *vel* Egli. *de quo pag. 13. dictum est.*

ET *à Latinis accepta, sæpius locatur in oratione sequente vocali, vt.*

,, *Quel ch'infinita prouidenza, & arte.*

Qua aliquando Euphoniæ gratia mutat T *in* D, *vt*

,, *Ed ella si sedea.*

Fit Polysyndeton. vt supra, & aliquando additur explicationis gratia, vt sæpe apud Latinos.

,, *Ma'l desir cieco, e'n contra'l suo bel fermo.*

E *valet id est. Explicat enim priorem uocem Metaphoricè dictā,* Cieco, *cum ea, quæ sequitur.* Fermo. *Valet etiam* Nondimeno *atque ita migrat in aliam coniunctionem, vt*

,, *Poco vedete, e parui veder molto.*

E, *id est*, Nondimeno *vel (vt dicimus)* Non ostante questo vostro poco vedere, vi pare veder molto, e vi tenete saui & accorti.

ANCORA *vt superiora ponitur.*

,, *Et le cose presenti, & le passate*
,, *Mi danno guerra, & le future ancora.*

Sæpe enim additur post copulatiuam ET: *quemadmodum,* Et ancora. *Sed neque desunt exempla simplicis, vt*

,, *Piangan le rime, ancor, piangano i versi.*

Est etiam adiunctiua, & temporis.

ETIAMDIO *vt superior, & cum copula, & simul, vt* Et etiamdio, *est etiam adiunctiua, sed de hoc locis suis.*

Ne

N E *in vniuersum negandi, & coniungendi particula est, valet autem* E T *Non. vt locis suis dicetur.*

2. Con. di Continouare.

C*Ontinuatiuæ, quæ, consequentiam aliquam cum Hypotesi significantes, sensus coniungunt imperfectos, sunt* Se *si*. Ma se *sin*. Se non *nisi*. Ouer se *siue. vt* Se molto spende, ha il modo *vide igitur clausulam*. Ha il modo *esse antecedens consequentis illius* Molto spende, *quod tamen non esse affirmatur nisi sub conditione in particula* S E. *Ita* se non dorme, ha pensieri che l'affliggono. se non mangia, è amalato. se va fuori, e guarito. Ma se sta in letto è infermo. se legge, ouer se scriue, tutto nasce dal piacere ne ha grande. *Vel alio modo. Continuatiuæ sunt, quæ consequentiam omnino, causam non nisi ex pacto, & ex Hypothesi & sub conditione significant.*

„ *S'i' fossi stato fermo alla spelonca.*
„ *Fiorenza hauria fors'hoggi il suo Poeta.*

Se perseuererai, sarai saluo. *Vide igitur clausulam antecedentem & in qua est causa efficiens esse cum condicione* S E. se perseuererai: *in consequenti uero significari certum id absolutumque omnino fore: est autem illud*. sarai saluo. se haurai volontà d'imparare, riuscirai valente huomo. *Est autem* S E *Homonymon pronominis, de quo supra pag. 18. & secundæ substantiui verbi singularis indicatiui, ut pag. 26.*

3. Coniug. di soggiugnere la continuatione.

S*Vbcontinuatiuæ, quæ consequentiam rerum cum subsistentia significant, nulla cum Hypothesi neque in causa, neque in effectu.* Da poi che, Poscia che *posteaquam*. Da che *ex quo*. Perche *quoniam*. Quando *quando*.

„ *Da poi che sotto'l ciel cosa non vidi*
„ *Stabile, e ferma, tutto sbigottito*
„ *Mi volsi, e dissi, guarda in che ti fidi?*

Subsistentia est Da poi che non vidi cosa stabile. *Consequens est* Mi volsi. *vide neutrum habere vllam Hypothesim.* Poscia che mi hauete promesso, vi conuerrà attenerlomi.

„ *E poi che'l fren per forza a se raccoglie.*
„ *I' mi rimango in signoria di lui.*

Da che tu vuoi così, così sia. *quæ Coniunctio aliquando est subcontinuatiua simul significans tempus, vt*

„ *Et io, da che si parte la bell'alba,*
„ *Non ho mai tregua.*
Aliquando tempus simpliciter, vt
„ *Con lei fos's'io da che si parte il giorno.*
Ita etiam coniunctio QVANDO;

„ *Quando la sera scaccia il chiaro giorno,*
„ *Miro pensoso, &c.*
At simplex Aduerbium ibi.
„ *Qui come venni, o quando?*

Perche *Subcontinuatiua est, & Causalis, ut* Perche ti dissi che la mi piaceua, n'è venuto voglia anco a te. *inuerte ordinem, erit potius causalis.*
Pariter Atteso che, Considerato che, Veduto che, Attento che. *Latine* CVM, *subcontinuatiuæ sunt, & eleganter in exordio orationis collocantur sæpissime apud iuniores cum redditione particulæ* Perciò *in sequenti clausula, vt*
Atteso, che la insolentia in tutte le cose è alli giorni nostri cresciuta, per ciò si sono ordinate alcune nuoue leggi.

Quod

Quod per Participium absolute positum, dici etiam consueuit, ut Attesa la insolenza si sono ordinate &c.
Quæ Coniunctiones possunt etiam causales vocari, Latine Nam, Eo quod & alijs his modis. sed tunc aliam collocationem potius seruant, ut Molte leggi si sono nuouamente publicate, atteso che l'insolenza era troppo largamente scorsa tra le genti. *Quoniam tu me seruasti, debeo tibi plurimum, vide ex subsistentia nulla cum hypothesi, nasci consequentiam. Inuerte ordinem dices potius ethiologiam, ut plurimum debeo tibi, quoniam tu me seruasti.*

4. Coniug. di distinguere & separare.

D*Isiunctiuæ sunt, quæ dictiones coniungunt, non sensum: alterū enim, non utrunque affirmamus nisi in diuersis temporibus, videlicet* O, *vel* Ouero *siue.* O si *seu.*

,, *Lasciar il velo, o per sole, o per ombra.*

Cui additur aliquando littera D *per Euphoniam, ut*

,, *Pommi in humil Fortuna, od in superba.*
,, *Ella più tardi, ouer io più per tempo.*

5. Cong. di contrauenire, & contraporsi.

A*Duersatiuæ aut quæ aduersū conuenienti significant* Pur, Nódimeno, Nientedimeno *tamen.* Pur nondimeno, *ut* molte cose ho fatte, pur tu ne sei ingrato. *vel quibus non obstare, aut impedimento esse, id, quod dicimus, quominus aliquid fiat significamus, secantur autem tunc in Præpositiuas, & in Subiunctiuas, & respondentes ad præmissa.*
Benche *quamquam.* Ancor che, *vel* Ancor *quamuis.* Se bene

ne & *si*. Auuenga Dio che *cum*. Auuenga che & *si*. Quantunque *quamquam*. Come che, & Perche *pro* Benche *praeponuntur*, & *Antapodosin faciunt*.

Tuttauolta *tamen*. Non dimeno *verumtamen*. Nientedimeno (*quod apud bonos auctores est in vsu*) Nulla di meno (*vulgo dicitur*) Non per tanto (*apud bonos auctores*) *non tamẽ*. Non perciò *non iccirco*. Almeno *saltem*, *respondent*, & *Apodosin faciunt. nec tamen ad superiora semper respondetur, quae elegantissime in orationis structura locãtur in eadẽ significatione, vt*

,, *Soccorri alla mia guerra,*
,, *Benche io sia terra, & tu del Ciel Regina.*

Item apud eundem.

,, *Misero esilio auuenga ch'io non fora*
,, *D'habitar degno, oue voi sola siete.*

& Dantes.

,, *Nacqui sub Iulio ancor chẽ fosse tardi. idem.*
,, *Che ti conosco, anchor sie lordo tutto.*

Cum Apodosi sit hoc exemplum.

QVANTVNQVE ciò che tu ragioni sia ottimamente detto, non è perciò così da correre a eleggerlo. *vt Virg.*

,, *Quamquam in media iam morte tenetur*
,, *Non tamen abstinuit. &c.*

Come che ciò gli paresse graue & noioso: pure deliberò far vista almeno di contentarsene.

Perche l'effetto sia alquanto spauenteuole, non vi douerà però esser men caro, per l'vtile ne haurete maggiore.

Perche *id est* Benche.

Habemus etiã coniunctiones quę aliquid impedimenti, ad aliquid agendum, extitisse significant: & iccirco ad exitum properatum non fuisse opus desideratum, vt Se non che *nisi*. Se non *ni. vt* Se non fosse, o se non mi ritenesse, *vt*

Se

Se non che io ho rispetto al mio honore, io ti tratterei secondo i meriti tuoi.
se non fusse la prudentia, che non mi lascia, io non harei a cominciar hora a risentirmi.
Quod etiam circunscribimus eleganter in hunc modum. Per si poco: Per cotesto. *ut* per si poco, che mi trauagli. non mi voglio adirare.
Per cotesto, che mi trafigga, non mi mancherà l'aiuto dal Cielo, ne abbandonerò l'impresa.

6. *Di eleggere, e scerre.*

Eligendi sunt. Più tosto che *potius quam.* Anzi *imo.* Più che *magis quam.* Più volentieri che *lubentius quam.* Meglio che *satius quam.* prima che *antequam. Quæ de duobus propositis alterum eligere, alterum recusare ostendunt, ut*
Più tosto uorrei morire, *hoc eligitur.* Che fare cosa indegna dell'huomo da bene, *hoc recusatur. & absq; particula* CHE, *ut*

,, *Non fate contra'l vero al core un callo*
,, *Come sete vsi, anzi uolgete gli occhi,*
,, *Mentre emendar potete il vostro fallo.*

Hoc autem cum præcesserit clausulam cum particula negandi, in qua eius rei sensus est, quæ recusatur, alias habet Apodosin, CHE, *vt*

,, *Con pouertà volesti anzi virtute,*
,, *Che gran ricchezza posseder con vitio.*

Vel si non habet Apodosin est correctio, non electio, ut

,, *Questi non ama, anzi arde.*
Latine diceremus, Haud amat, sed (vt rectius loquar) vritur. ita & in alijs.

Cong.

7. Cong. dello sminuire, & scemare.

D*Iminutiuæ sunt*, Pur, Almeno *saltem*. Solamente *tantum*. Tanto che *quatenus*. *quæ id concedi postulat, quod minus est*. Non auuenne pure vna volta *ne semel quidem*. Non l'ho pur hauuto in penſiero. Piacciati almeno non mi noiare. Aſcoltami ſolamente vna parola. Non lo voglio per ſempre, ma tanto, che lo conſideri come è fatto *eandem vim habent locutiones illæ*. Per vn'hora. Quant'vn credo, vn poco poco, *& huiuſmodi aliàs significantia tempus*.

8. Di rendere, & aſſegnare la ragione.

C*Auſales & æthiologicæ sunt, quæ Indicatiuo verbo iunctæ significant cauſam antecedentis effectus. vt* CHE *nam* Perche *namque*. Però che *enim*. Percio che *quia*. Concioſia coſa che *propterea quod, ſeu cum*. Eſſendo che *ſi quidem*. *& aliæ, quæ in Coniunctionibus Subcontinuatiuis inferius poſuimus*.

„ *L'alma ch'è ſol da Dio fatta gentile.*
„ *Che già d'altrui non può venir tal gratia.*

Che già, *id est*, Peroche gia *&c. Reddit autem rationem quare* ſol da Dio è fatta gentil l'alma. *Eſt autem* CHE *æquiuocum Pronominis de quo ſupra pag. 16. voce illa* Perche *reſpondemus etiam ad quæſtionem Cur, cuius eſt Homonyma, vt* Perche non ſei tu venuto? Perche mi hai ritenuto il padre.

9. Di conchiudere, & inferire dal su detto.

Illatiua, seu collectiua, quę colligunt, & inferunt aliquid ex antea enarratis, & quæ syllogismo conclusionem adnectunt, ut Adunque *ergo.* Dunque *itaque.* Per tanto *igitur.* Perciò *propterea.* La onde. Onde *unde.* Per la qual cosa *quamobrem.* In somma *ad summam, quæ aliquando præmissis particulis respondent, ut* Se io ho fatto bene. Adunque niuna riprensione può accadere. *Vel ijs præmittitur, ut*

„ *Che dunque la nimica parte spera*
„ *Nell'humane difese.*
„ *Se CHRISTO sta dalla contraria schiera?*

Aliquando post longam enarrationem subditur tanquam totius narrationis conclusio, ut

„ *Dunque hora è'l tempo da ritrarre il collo*
„ *Dal giogo antico.*

Dunque non fecero cosa degna di loro.
Oh bene gli sta dunque, & benedette siano le mani di coloro, che gli gastigorno.
Aliquando ponitur initio clausulæ cum stomacho quodam. vt Dunque sarò io villano? Dunque volete dire, che eglino venissero meno di lor fede?

10. Dell'attendere, & risguardare al fine.

Finales sunt, quæ superiori clausulæ, cuius rei consequendę gratia aliquid fuit factum, aut futurum sit, & cuius ergo consiliũ illud

illud captum fuerit, indicantem clausulam coniungunt. Acciò che,*ut* A fine *huius ergo*. A cagione *causa*. Per *quo : sed cum infinito sæpius*. Che *pro* Accioche.

„ *Stando in se stessa ha la sua luce sparta,*
„ *Acciò ch'e mai da lei non mi diparta,*
„ *Per fare una leggiadra sua uendetta.*

Piglierò ogni fatica, per uenirti dimostrando quanto desideri, *Vide igitur suscipiendi laboris consilium, in prima clausula indicatum, cognosci in secunda, quæ ex vi coniunctionis* PER *adnectitur cum superiori.* Non ti affaticar, che tu non ti amalassi.

11. Del dubitare, & stare in fra due.

DVbitatiuæ *quibus in ambiguo est vtrum aliquid affirmemus nec ne, sunt* Se *an*. Ouero se *an ne*. Se o no *vtrum*. O *seu*.

„ *Però uorrei saper Madonna s'io*
„ *Son per tardi seguirui, o se per tempo.*

Io non so se gli verrà fatto. *eædem uoces sunt Disiunctiuæ, sed differunt significatione. Vulgo dicitur hoc sensu* Domin se *utrū*. Domin se e' verrà? *vtrum aderit?*

12. Del non consentire per l'impedimento.

ABnegatiuæ, *quæ sæpius cum indignatione, aut irrisione aliquid posse fieri concedunt citra impedimentum quod additur, sunt* Se *si*. Se non *nisi*.
Faccia, se e' può. Scuota hora, se e' sa. Spenda, se egli ha

che.*vide his uerbis* Concedi *quod re fieri nequit*. *Pariter dicimus.* Verrei volentieri,se non mi chiamassero altri. A te il darei,se ad altri non l'hauessi promesso.

13. Del trarre, & eccettuare.

E *Xceptiuæ, quæ ab eo, quod dicitur, excipiunt aliquid* Se non *nisi*.In fuori che *preterquam*. Da'l tale infuori *præter hūc, hoc uno excepto*. Se non se *nisi*. Se none *preterquam*. Fuor che *præter*.

„ *Se non se alquanti c'hanno in odio il Sole.*
„ *Non escon fuor, se non verso la sera.*

C'habbiamo noi a far altro, se none cercar d'vscir di queste brighe il meglio, che possiamo? Il primo della Città dal Duca in fuori. In ogni cosa è valoroso, fuori solamente in questa. Ogni cosa farò, fuori che questa. *idem ualet modus dicendi*. Da Dio in giù. Dal Duca in poi. Da mio padre in poi,niuno è, che io più ami. *Te post parentes nemo est mihi propinquior*.

14. Del definire, aprire, e dichiarare.

D *Efinitiuæ,quæ præcedentis verbi, aut clausulæ significationi aperiunt sunt,* Cioè,*id est*. Ben sai, *scilicet*. Cosi *sic*.

„ *Et so ben quanto il mondo m'ha ingannato.*

O ben sai, che ad altro non si pensa.
id populus curat scilicet.

Cioè'l

,, Cioè'l gran Tito Liuio Padouano.

Et per verbum (dico) per Parenthesim, vt Latini faciunt in uoce (inquam) circumscribitur, La troppa ingordigia dell'oro, l'Auaritia (dico) ha rouinate le citta. *dici etiam poterat* l'Auaritia, cioè, *uel dicas* (intendo) *vt* Il dolore (intendo) non preso a caso, occido altrui.

15. Del Stare per ripieno.

E *Xpletiuæ, quæ ornatus gratia adhibentur, & quæ, uel adijcias, vel remoueas, nihil magis, aut minus adiuuant, uel eneruant orationem sunt* Egli *uero.* E', EI *quidem.* BEN *enimuero.* NE Egli non e ancora guari tempo passato.
Egli no'l saprà persona.
Ben lo sapeuo io pur troppo.
Mentre che egli ne veniua giù per la scala, il traditore assalitolo, gli tolse la vita.

16. Congiun. dell'Aggiugnere.

A *Diunctiuæ sunt, quæ superiorem clausulam, aut sensum cum sequenti coniungunt, & in oratione continuant, vt* Altresi *etiam* In oltre *præterea.* Oltre di questo. Oltre a questo. Oltre ciò *ad hæc.* Appresso *insuper.* Ancora *etiam.* Di più *insuper.*
Altresi *non est in vsu frequenter. Ponitur autem postremo loco, vt Tenus apud Latinos.* Molti vi andorno di propria volontà, & egli altresi. *Aliæ uel initio clausulæ, & enarrationis apponi possunt: sunt enim communes.*

18. Del porre le conditioni, & del sospendere.

Suspensiua sunt quæ sub conditione aliquid fieri posse, & debere ostendunt, vt Con questo però *ita tamen*. Pur che *dummodo*. Quando *cum*. Se mai *si quando*. Ogni volta che *quotiescunque*. Qualunque volta *si quando*. Tutte le volte che *quoties*. & Dato che *vel* Conceduto che &c.

Farò ogni cosa, con questo però, che non mi torni in danno.

Andrò, & starò, pur che io non caggia di nuouo in litigio.

Verrò, quando io potrò.

Mi rallegrerò, se mai ti vedrò huom da bene.

Ogni volta che io il risaprò, sentirò dispiacere.

Dato che tu possa, non ti temo in ogni modo.

Conceduto che tu habbia ragione, con tutto ciò la voglio vedere.

Vide igitur has clausulas suspensas esse, nec nisi alterius additione esse perfectas.

Sunt etiam suspensiua particulæ O, & NE *cum primum locum clausulæ occupant: quæ nisi ad aliam peruentum fuerit suspensa remanet, vt*

O io verrò, o io manderò: *aut veniam, aut mittam.*

Est enim etiam apud Latinos imperfecta, & suspensa clausula prima, quatenus perficiatur in secunda. item

E scriuerò, e leggerò, & farò quanto occorrerà.

Ne posso, ne debbo, ne voglio.

19. Del distribuire, & assegnare.

Distributiua sunt, quæ clausularũ membra coniungunt, quibus diuersa diuersis officia tribuuntur, aut de quibus varia in singulis

gulis clausulis loquimur E. MA. SI. *vt*

Giulio Cesare fu benigno, ma Nerone crudele.

Vel de eodem diuersa, & varia dicimus. vt

Augusto fu bene ancor'egli Imperatore, ma con miglior arte si guadagnò l'imperio.

Tu leggerai, & Piero scriuerà, & Giouanni prouederà da cena. *Pulcherrimum habes exemplum in his versibus.*

„ *La vita fugge, & non s'arresta vn'hora.*
„ *E la morte vien dreto a gran giornate:*
„ E *le cose presenti, e le passate*
„ *Mi danno guerra, e le future ancora.*

Vbi ait La vita fugge, e la morte viene, e le cose mi danno guerra, *Particula* E *est coniunctio distributiua diuersis diuersa distribuens, quę in alijs eius Periodi membris est copulatiua, videlicet*, Fugge, e non s'arresta, *item*, Cose presenti, passate, e future.

Distributiua notissimum etiam est exemplum in ode illa Petrar.

„ *Forse ch'ogni huom che legge non s'intende.*
„ *E la rete tal tende, che non piglia,*
„ *E chi troppo assottiglia si scauezza.*

20. Del finire il senso della proposta.

P*Erfectiua, vel absolutiua est particula* CHE *frequens nobis qua perficientem clausulam superiori adnectit, vt*

„ *I'nol nego*
„ *Vergine, ma ti prego,*
„ Che'l *tuo nimico del mio mal non rida.*
„ *Ricorditi, che fece il peccar nostro*

„ *Prender Dio, per scamparne*
„ *Humana carne al tuo Virginal chiostro.*

Vide igitur Ricorditi *ibi perfectum esse* Che fece &c. *&* Prego *in eo quod sequitur* che'l tuo nimico &c. *quæ omnia iunguntur Coniunctione* CHE.

Finis libri Primi.

FLO-

FLORENTINAE LINGVAE INSTITVTIONVM.

Liber Secundus.

De Accentu.

NTEQVAM *orationis partes, vnà cum earum Syntaxi, & constructione repetamus, vt pauca hæc de Accentu diceremus, operæpretium esse duximus.*

Accentus quibus utimur sunt tres, videlicet.

Acutus,	*eorum notæ sunt*	´
Grauis,	*eædem, quæ apud*	`
Apostrophus,	*Græcos*	;

De Accentu Acuto.

Acuto vtimur in media voce, vbi producitur syllaba, idque propter æquiuoca, vt Fuggìro *pro* Fuggirono *præteritum, quo differat à futuro eiusdem modi* Fuggirò. Vdìro *pro* Vdirono, *propter syncopen, simile futuro eiusdem modi* Vdirò, *& alijs similibus.*

De Accentu Graui.

Graui vtimur in monosyllabis, vt Græci faciũt, nec tamẽ in omnibus, sed in declinabilib. vt ab indeclinabili æquiuoco differãt

vt è

vt è verbum ab indeclinabili e, quæ est præpositio, differt in scribendo tantummodo accentu, vel in indeclinabilibus, vt à declinabilibus dignoscantur, exempli gratia Là *Aduerbium loci ab articulo fœminei generis* La. *vel affigitur in postremis syllabis aliarum vocum, Græcorum more, per Enclysin verso acuto in grauem: natura vt* Artù, Virtù, *&* Amerò, Leggerò, Vedrò, Vdirò, *& huiusmodi, vel differentia, vt* Honestà, *vt differat ab Adiectiuo* Honestà, *& multa alia nomina. item,* Amò, cantò, *& alia præterita persona tertia coniugationis primæ, quæ vt à prima indicatiui præsentis differant, accentu graui notatur, qui mutatur in acutum, cum particulæ pronominum componuntur cum verbis à tergo, vt* Amò amòllo, Vedrò vedròllo. *sed sæpius non scribitur, sed pronuntiatur tantum. Item affigitur non nullis vocibus ad pronunciandas diphthongos, ne in geminas syllabas distinguantur, vt* Più, Giù, *& eiusmodi.*

De Apostropho.

Apostrophus est initialis, aut finalis litteræ vocali, reiectio, sub eodem apice, quo Græci, & Latini vtuntur.

Quid eius officium.

Eius officium est, affixa vocibus absque syllabarum incremento coniungere, vt l'honore. *nam* lo honore *ex trisyllabo quadrisyllabum faceret.*

Plurisyllaba vero vnius syllabæ imminutione (si opus sit) in orationis structura copulare. vt Quando era, Quand'era, *delet a finali syllaba ex antecedenti voce propter consonantem, quæ destituta cum sit vocali sua, cum initiali sequentis uocis coniungitur* Quan dera. *vt apud Græcos.*

Vbi committitur.

Apostrophus apponitur initio vocis, vel à tergo sæpius, sequenti vocali, vt

„ *Si breue è'l tempo, e'l penser si veloce.*

Vide litteram 'L *cum apostropho a fronte spoliatam esse sua vocali* I, *& in eius locum positam fuisse hanc notam. unde* 'l *ualebit* il, *ita in eo.*

„ *L'anima che peccò sol'vna volta.*

L' *valet* La *&* Sol' *pro* Solo *ponitur. Committitur itaque apostropha deleta altera vocali, ubi concursus uocalium uenit obuiam in constructione, præsertim in articulis, uel sit initialis, quæ deletur, uel finalis eius uocis, quæ in uocalem desinat. Nec tamen ad placitum faciendus est in hoc vocalium concursu apostrophus: sed hæc regula est obseruanda, quod vbi accidentaliter committitur uocalium concursus, qui naturaliter non inueniatur, uel quamuis naturaliter inueniatur, tamen ex affixione articuli, aut eiusmodi affixorum, vt* MI, TI, SI, NE *& monosyllaborum similium augeatur numerus syllabarum dictionis suæ, tunc committendus est apostrophus: aliàs etenim in vitio esset, nec reprehensione careret.*

est autem vocalium cōcursus duplex	*naturalis*	*in eadē dictione in syllabis iungendis.*
	accidentalis	*per mutuum concursum uocū, alterius exeuntis in uocalē, alterius incipientis à uocali, in iungendis uocibus.*

Naturalis, vt rEAlità, deità, *& eiusmodi.*
Accidentalis vt farE Amicitia.
patirE Ingiuria.

Item naturalis concursus est triplex. { *ante accentum.* / *cum accentu.* / *post accentum.* }

Ante accentum vt deificáre, riassúmere.
Post accentum vt amái, faccáno, ameriáno.
Cum accentu, vt leóne, leúto, riémpie.

Item vocalium concursus duplicem habet naturam, Aut enim migrat in vnam syllabam, vt Leggiamo, Pieno, Pianto, *& eiusmodi, versa prima vocali in consonantem.*
Aut vtraque uocalis syllabam facit, vt
Lealtá, deità. amai. *& similia.*

Si itaque obuiam habueris concursum vocalium, quæ simul in vnam eandemque syllabam migrare possint, tunc non faciendus est Apostrophus, vt Gli amici, Gli honori, *cum etenim vox illa* Amici *sit trisyllaba per se, nihilominus erit coniuncta cum* Gli, *quia concursus ille vocalium* i *&* a *in eandem syllabam migrat. (in polysyllabis, vt* Quando era *ambo dysyllaba, quia faciunt simul coniuncta trisyllabum* Quand'era, *minuitur numerus syllabarum) sed si affixæ voces augeant syllabarum numerum in ea dictione cui affixæ sunt, vt* Le amicitie, *quæ uox augetur cum* i *&* a *in eandem syllabam contrahi non possint, dicendum est* L'amicitie, *atque ita faciendus est Apostrophus, reiecta potius finali antecedentis uocis, quàm initiali sequentis, præcipue autem in Articulo, paucis exceptis, quæ nunc singillatim aperientur.*

LO

Si præmissa fuerit incipienti à uocali i, *quam sequatur* M, *aut* N. *cum alia consonante deletur promiscue uocalis articuli, uel sequentis uocis, vt*

L'imperio	{ *vel quod quidam negant.* }	lo'mperio.
L'inganno		lo'nganno.

Aliàs,

Aliàs deletur vocalis Articuli. L'amore l'huomo, L'errore l'honore.

L'A.

Sequente uoce, quę à uocali incipiat, deletur uocalis Articuli, vt

L'anima, L'età.
L'ira, L'hora.
L'vnione.

Sequente uoce incipiente ab I *cum consonante* M, *aut* N *apostropha delet initialem uocis, vt* La'mpetatrice, La'nuêntrice, *ita in soluta oratione, vt in metro.*

I L.

Deletur initialis uocalis præmissis partibus:

Che	Che'l cielo.
Quando	Quando'l pianeta.
Se	Se'l voler.
E	E'l fuoco.
Nę *aduerbium negandi*	Ne'l poter.
Tu	Tu'l sai.
Onde	Onde'l signor.
Sa	Sa'l vero.
Anzi	Anzi'l gio rno.
Fu	Fu'l giorno.

Raro in oratione soluta deletur, præmissis etiam alijs partibus, vt in carmine sæpius, sicut Petr.

„ *Hebbe'l cor tristo.*

Diceretur soluta oratione.

Hebbe il cor tristo. *Sunt qui affirmant nunquam deleri uocalē Articuli* il, *& quod alij affixam prępositionem faciunt cum hoc Articulo* sul

„ *In su'l mio primo giouenile errore.*

Appo-

Appositam faciunt Su il, *&* Su il fiume, non sul fiume, *Contendunt esse dicendum.*

G L I

Quia nullam asperitatem affert secum in pronuntiatione uocalis I *præmissa alijs sequentibus, & naturaliter est hic uocalium concursus in uocibus ante illarum accentum, iccirco non deletur, nec patitur apostropham, vt*

Gli angeli, IA Gli eletti. IE Gli honori. IO Gli vditori. IV	*naturalia sunt in uoce ante accentum, vt*	pIAcère. fIErezza. gIOcòndo. gIVbilare	*vnde erunt etiam accidentalia. nam præposita nominibus non, tamen augent numerum syllabarum.*

Sequente I *deleri debet uocalis articuli, qui cum uoce cõiungatur, nec aliter affigatur apostrophus, vt* Gliniqui. Gli nimici. *quod scribendi genus fuit apud Antiquos, ut in uetustis, & manuscriptis codicibus multis uidi; sed iuniores seiungunt interposito apostropho. vt* Gl'iniqui, Gl'ingiusti, Gl'impij.

„ *E poner fin a gl'infiniti guai.*

L E

I*N metro semper deletur, nisi ratio metri impediat.*

L'altrui fatiche.
L'eccelse torri.
L'idolatrie de' Gentili.
L'oratione de' buoni.
L'vnioni de' cattiui.

Sequente uoce incipienti à uocali I *cum consonante* M, *aut* N, *deletur ea uocalis, & restat articulus integer, vt* Le'ngiuitie, le'm

per-

perfettioni. *At huius articuli apostropham fieri contingit in oratione soluta non semper : habet enim maiorem Emphasim uocalium concursus præmissa* E. Le onorate proue. Le egregie virtù, Le giuste sentenze, Le vtilità publiche. *Quæ Emphasis, & amplificatio oritur ex incremento syllabe, quod ne fiat, committitur Apostropha in articulis.*

Idem seruabitur in eorum Obliquis, ut Dello, Della, Delle *fit* Dell' *vt* Dell'oratione *in singulari.* Dell'orationi *in plurali, sed in* Articulo AL, *qui est casus dandi, nihil deletur, ve*

„ *Veggio al mio nauigar turbati i venti.*

Et si quid delendum est, deletur ex premissa uoce, ut

„ *E spero ch'al por giù di questa spoglia.*

Sed si duplicetur LI, *ut* Allo, *uel* Alla, *quod diximus pag. 4. fieri in articulis* LO, *&* LA, *tunc delebitur uocalis articuli, & erit* All' All'hora consueta. All'amico. *ita in plurali: ut in singulari.*

De vocibus præter articulos, quæ patiuntur apostrophum.

M*Onosyllaba quibus frequenter utimur, patiuntur etiam frequenter apostrophum, ut*

CHE.	*quia, uel qui.*
NE.	*nos, uel id.*
CI.	*ibi, nobis,*
DI.	*de.*
SE.	*si.*
MI.	*me.*
VI.	*ibi, nobis.*
TI.	*tibi.*
SI IN.	*si, in.*

Ch'ad

,, *Ch'ad vn ad vn descritti, e dipint'hai.*

In hac voce CHE *sequente dictione incipienti ab aspirata vsus ipse adhuc delet vocalem, & aspirationem simul, & remanet* C.

,, *C'hauria virtù di far piangere vn sasso.*

Aliquando nihil delet. sed quæ sequitur vocalis ea deletur, si fuerit I, *vt*

,, *Ir dritto alto m'insegna, & io che'ntendo.*

,, *Ch'altro diletto, che mparar non prouo.*

N E

,, *Deh non rinouellar quel che n'ancide.*

,, *Cerchiamo il Ciel, se quì nulla NE piace.*

C I

Non c'è di bisogno seguirui.

Non ci marauigliamo.

D I

,, *Perche d'ogni mio mal te solo incolpo.*

,, *Pur DI sfogare il doloroso core.*

S E

,, *Non si de lamentar, s'altri l'inganna.*

,, *S E viua, o morta, ne douea tor pace.*

M I.

,, *Senuccio mio benche doglioso, e solo*

,, *M'habbi lasciato.*

,, *Pur, mentr'io veggio lei, nulla M I noce.*

V I.

,, *Nessun V I riconobbi, e s'alcun v'era.*

T I.

,, *Ne stimato t'haurei si prode, e fiero.*

,, *Al mio pregar t'inchina.*

,, *Meco, mi disse, meco T I consiglia.*

SI

S I.

,, *In te i uaghi pensier s'arman d'errore.*

,, *Era'l giorno, ch'al Sol* S I *scoloraro.*

I N.

Patitur initio uocis Apostrophum.

,, *Mi fanno guerra al tutto, e'n su le porte.*

Aliquando remanet, & committitur Apostrophus in uoce antecedenti si exit in I.

,, *Seco fu' in uia, e seco al fin son giunto.*

Apostrophus in Polysyllabis.

Q*Vamuis nulla sequente uocali committitur Apostrophus in his uocibus disyllabis.*

S V O' *soles.*
P V O' *potes.*
T V O' *tuis.*
M E' *melius.*
Q V E' *illi.*
S E' *es.*

S V O' *pro* suoli, *soles.*

,, *Gia* S V O' *tu far il mio sonno almen degno.*

P V O' *pro* puoi, *potes.*

,, *Beata se', che* P V O' *beare altrui.*

S E' *pro* sei, *es.*

,, *Alteramente* S E' *leuato a uolo.*

M E' *pro* Meglio, *melius.*

,, M E' *v'era, che da voi fosse il difetto.*

Q V E' *pro* Quei, *illi.*

,, *Tolta m'è poi di* Q V E' *biondi capelli.*

T V O' *pro* Tuoi, *tuus.*

,, *Dal collo, e da* T V O' *piei ancor ribelli.*

quamuis sæpe scribitur Q V E *absque Apostropho.*

D*Eniq; uel initio uocis, ut uidimus, uel in fine eliditur uocalis, pficiturq; Apostrophus, sed potius in calce uocis, & tūc cū sequē-*

ti apte coniungitur Græcorum more, quia consonans, cum destituta sit uocali sua, adhæret initiali sequentis uocis, atque ita copulantur simul in pronuntiatione. ut Tropp' *ablata* o *(erat enim sua uox prius* Troppo) *coniunget alteram litteram* p *cum uocali sequenti uocis, exempli gratia,* Era, *inde uno hiatu affertur.* Tropp'era.

„ *Ma tropp'era alta al mio peso terrestre.*
„ *Ogni giorno mi par più di mill'anni.*
„ *Del nauigar per queste horribil'onde.*

Committitur Apostrophus, & initio, & fine uocis simul in eadem uoce, ut

„ *Humil'in se; ma'ncontra Amor superba.*

De vocibus, quæ exeunt in Consonantes.

P*Er Apocopen, Euphoniæ gratia delemus, nulla apposita nota Accentus, uocalem dictionis finalem, idque frequenter in metro, & in oratione soluta etiam crebro, ut*

„ *Non è minor il mal, perch'altri il prema.*

Id fieri consueuit in uocibus. quæ ablata uocali, ultimam habebunt, aut L. *aut* R. *aut* N. *aut* M.

„ *Che non ben si ripente*
„ *Dell'vn maL, chi dell'altro s'apparecchia.*
„ *Nessun maggioR dolore.*
„ *Che ricordarsi del tempo felice.*
„ *Nella miseria.*
„ *Non e'l mondaN romore altro ch'un fiato.*
„ *Di uento.*

„ *La nostra nominanza è coloR d'herba.*
„ *Quand'era in parte altr'huoM, da quel ch'io sono.*

DE CASIBVS NOMINVM.

RECTOS *casus diximus superiori libro eandem, in quam ipsi exierint, transmittere terminationẽ suis Obliquis, quos notis quibusdam docuimus uariari, neque aliter posse dignosci: non enim à diuersa, quam inter se habeant terminatione uocantur Casus apud nos, quemadmodum apud Latinos, qui tamen indeclinabilia nomina, vt ueru, cornu, & huiusmodi per eosdem etiam casus flectunt. per quos declinabilia, sed ab officio quod faciunt nihil Latino dissimile.*

DE NOTIS OBLIQVORVM.

NOTAE, *quibus dignoscuntur obliqui, communem vocem habent cum monosyllabis præpositionibus* DI, DE, A DA.

Nec tamen præpositiones sunt, vt multi ex vocis similitudine decepti existimauerunt. Sed notæ, quæ, si Latine uerbum uerbo reddentes, nec constructionem mutantes loquamur, significant nobis quibus potissimum Obliquis uti debeamus: eas uero tunc non reddimus uerbo Latino, quod sanè faceremus si præpositiones essent, vt

Figlio di Cesare	*Filius Cæsaris.*
Atto alle fatiche	*Laboribus aptus.*

Non enim habent Latini uoces, quæ his Obliquorum notis, respondeant: nec habeant necesse est, quippe quibus differentiam Casuum faciunt terminationes illorum. at si præpositiones sunt non signa, tunc uertuntur, ut

Tempij di puro marmo	*solido de marmore Templa.*
De' campi	*Ex agris.*
A vedere, Ad vdire	*Ad uidendum, Ad audiendum.*

Natura itaque nos monuit, uertendo Latine, non esse has præpositiones. sed eas notas, quas diximus.

Præterea si Præpositiones sunt, nec notæ Obliquorum, sequitur apud nos absurdū, quod Præpositio prępositionem regat: uel quod præpositiones egeant auxilio aliarum præpositionum, ut aliquid significare possint. Exempli causa, DI, *non potest suam significationem perficere, nisi pręmittatur alia, verbi gratia* In ver, *ut* In ver di me, *& uox illa* me *à duabus præpositionibus regetur.*

,, *Che mai non fosse in ver di me più fiera.*

Item nota illa A, *cui præfiguntur aliæ Præpositiones, exempli gratia* Intorno, *si erit prępositio, certabit cum æmula vtra regere debeat Obliquum: vel imbecillam se, & infirmis viribus esse concedat oportet, quę muneribus suis fungi non possit, ut*

,, *Morte mi s'era intorno al core auuolta.*

Nec mihi obijciat aliquis Latinos dicere, exempli gratia, Vsque ad mare coniunctis duabus præpositionibus Vsque & Ad: nam Vsque & Aduerbium non Præpositio, loci aut temporis productionem significans. & iccirco cum prępositionibus iungitur, a quibus regitur Casus, & dicitur Vsque ab, Vsque a, Vsque in, Vsque ad, Vsque sub, usque ab ouo, usque à puero, usque sub extremum tempus, usque ad urbem, usque in cœlum. Vide igitur Obliquos non regi à uoce illa Vsque (nam ijdem essent) sed à Præpositionibus A. *Ab, Ad, Sub, In: eamque uocem non ad aliquid regendum sed ad productionem aut temporis, aut loci significandam additam esse. Quod si quis iterum perstare uoluerit in sententia, eam præpo-*

posi-

positionem faciens, quia Latini dicunt Romam usque, Florentiā usque: Quis non uidet casus illos absolute poni per regulā Motus ad locum, in qua excipiuntur urbium nomina absque ulla Prępositione in casu Accusandi absolute posita? Est autem proprium Latinorum eiusmodi Aduerbia loci, uel temporis Prępositionibus prefigere. Hinc *illę locutiones sunt procul ab urbe, Longe ab Italia. Hinc à lęuā, Illinc à sinistra, & alia innumera, quibus & nos utimur.* Lungi dal mare, Qui da destra. *& similia. Igitur quia his notis Casuum Obliquorum prefigimus nos Florentini omnes Prępositiones quas habemus, copioso, & uberrimo illarum prouentu nos priuatum iri erit opus, si hę, quas notas Obliquorum uocamus, erunt Prępositiones, illęque ex Prępositionibus Aduerbia fient. aut combinabimus* Prępositiones, *tamque quę sola per se munere suo ut fungantur fieri nequeat: quod erit absurdum: illud uero non ferendum. Sed satis lusimus in re ita per se plana, apertaque & disputatione non egeat.*

Adde quod Casus Generandi, qui (ut Latini faciunt) regitur à substantiuo nomine, siue Actiue, siue Passiue, *seu* Possessiue, *apud nos regeretur à* Prępositione, *non à nomine, ut exempli gratia.*

,, *Qual uaghezza di Laur, qual di Mirto?*

Lauro & Mirto, *qui sunt casus Generandi, si ita est, regentur à* Prępositione DI, *non à nomine* Vaghezza: *à quo quidem nomine, luce clarius est, regi illos casus* Passiue: *significant enim rem desideratam, ut apud Latinos Cupido laudis, Studium pecunię, & alia mille his similia. Superflua igitur esset* Prępositio *si aliunde regitur casus. ergo non sunt prępositiones, sed notę, & signa Obliquorum.*

Sed quid plura? ex ultimo Obliquo percipi hoc potest, cui nos, ad imitationem Latinorum (qui unum hunc casum cum Prępositione *iungunt ob eius officium auferendi, unde & nomen ei dederunt* Ablatiui*) prefigimus* DA, *uocem respondentem prępositioni* Ab: *quę quidem particula* DA *apud nos inter declinandum fungitur officio signi, & nota eius sexti casus, sed in constructione est prępositio: ut in Latinis* Pronomina Hic, Hęc, Hoc, *prefiguntur inter declinandum nominibus; & ponuntur loco Articulorum in puerorum gratiam, ut eo*

auxilio cognoscant genera nominum, sed in constructionem non migrant nisi vt Pronomina nec cum ijs nominibus,& casibus quibus præfiguntur, neque enim dicimus Diligo hunc patrem, sed Diligo patrem, si volumus dicere, Io amo il padre: *nam Hunc est pronomen demonstrandi,& ualet* Questo: *vnde sensus esset*, Io amo questo padre, *nec est Articulus, qui valeat* Il, *vt hic sensus elici inde possit*, Io amo il padre. *Hęc si, vt cęterę, simplex obliqui nota esset, migraret, vt notę superiores, etiam & ipsa in constructione ante suum obliquum, vna cum alijs Prępositionibus, nam hunc casum diximus in primo lib. pag. 6. esse Obliquum prępositionum, non quia possint alij obliqui inseruire prępositionibus (possunt enim, vt vidimus) sed quia hic noster Obliquus aliunde, quam à prępositione, regi numquam potest: præmittitur autem ei inter declinandum sola hęc, tanquam nota eius obliqui, quia maiorem habet affinitatem cum illo, quam cęterę, quę & ipsa præponi illi possunt sicuti* DA, *quæ enim Latini per Septimum casum, nō per Ablatiuum, qui habet* AB *uel* A *præpositiones (vt meliores grāmatici docent) exprimere consueuerunt absolute: nos cum Obliquo vltimo, Ablatiuo scilicet, & prępositione decenti semper id consueuimus dicere, vt*

Con l'arme, con la spada, con vn pugno, con vn bastone.
Ense interfecit, pugno percussit, gladio occidit, qui est casus septimus absque præpositione: nos uero cum prępositione & Sexto casu,

„ *Co' mantici, col fuoco, e con li specchi.*

& In due anni, in tre giorni, *duobus annis, tribus diebus, uel tridui spacio, nulla cum præpositione Latini: at nos cum pręp.*

„ *Per punir in vn dì ben mille offese.*

Iccirco Casum præpositionum appellaui. Cum itaque numquam inueniantur hæ phrases.

Co' da' mantici, co' dal fuoco, co' da gli occhi.
Vt vidimus in superiori carmine, nec Con dal bastone, *uel* Con da la spada; *neque* Senza da' danari, *nec* Con da lei: *sed* Col bastone, con la spada, & con lei.

Poi

,, *Poi che senza compagna, e senza scorta.*
,, *Con lei foss'io da che si parte il Sole.*

Vel Da lei. *dicitur autem* Verso di me, A lato a me, Intorno al core, *& alia eiusmodi innumera planum est ex eo id accidere quia illa uox* DA *est in constructione praepositio, non autem nota casus, icirco cum alijs praepositionibus iungi non potest, vt nota illę superiores* A *&* Di, *uel* De, *semper iunguntur, nec deserunt vnquam suum obliquum: quacunque ex parte, uel a uerbis, uel a Nominibus, uel a Praepositionibus regantur, vt uidimus, hac autē deserit suum obliquum in cōstructione, si alia praepositio adfuerit: ergo planum est hanc esse praepositionem, & icirco remoueri, quia duae praepositiones simul iungi non possunt: superiores autem non sunt praepositiones, sed notę obliquorum semper: ergo illę copulantur ea de causa cum alijs praepositionibus.*

Notandum autē aliquando in nota obliqui secūdi, qui uocatur alias Datiuus, addi literā D *Euphoniae gratia, sequente vocali, vt* Ad Antonio, Ad Annio, Ad Enea, Ad Innocentio, Ad ogniuno, Ad vno, *idemque est quod* A Antonio &c.

DE ARTICVLIS.

QVID *de huius partis inflexione sentirem, in superiori libro satis explicatum est a me. Superest nunc, vt quemadmodum in obliquorum Notis signisque confirmandis nonnihil in secundo hoc libro disserui, ita exponam aliquid de opinionibus aliorum: quibus ob ingenij dexteritatem, & ob susceptum munus facile admodum fuit de Articulis subtilius potius quam vtilius, aut verius disputare. Cum etenim virilis generis habeamus duas Articuli voces nihil nisi dictione, & collocatione, inter se diuersas, videlicet* Lo *&* IL, *non videtur satisfacere ratio affirmantis non vtrunque, sed alterum illorum declinari videlicet* LO. *Alterum vero, videlicet* IL *agendi, & patiendi casum tantummodo habere. eosque in minori numero tantum, eo quod vocalis illa* I *cū deleri non possit iungendo Articu*

lum cum Præpositionibus (ita enim uocat notas Obliquorum) in iucundum auribus sonum redderet. Atque in tam ingenti rerum varietate afferendu, implentur omnia quæstionibus, exceptionibusque, & mutilæ absq; ulla ratione redduntur partes, in quibus nihil desideratur sed perfecte admodum per se ipsas sunt. & absolutæ. Nã (vt omittã deriuationem Articulorum, *quã ij faciunt, a Latina uoce illam deducentes, quam, vt uerbo confirmant uerbo etiam facile quis negaret) cum ij dicunt in primo Obliquo Articulum* Del *esse idem, quod Articulum* Dello, *reiecta ultima syllaba. ego, si quid est delendum, non uideo, cur potius syllaba* Lo *sit delenda, quam uocalis* I, *ut relicta* L *fiat ex* De *&* il Del: *atque ita* Articulo Il *dentur sui Obliqui, quos hi abstulerunt nescientes dici etiam in singulari numero* El *pro* Il. *vnde nihil scrupuli restat, quin ex nota primi Obliqui deleta uocali* E *fiat* Del. *non intelligo autem* E'l *pro* E T I L. *nam tunc scribitur cũ Apostropho. Praterea non uideo cur debeat Recto & obliquis pluralis numeri carere* Articulus I L, *cum in maiori numero inueniatur suus* Articulus I, *qui eandem habet sedem in collocatione orationis componendæ, quam suus* Articulus *singularis numeri* I L. *quẽ quidem articulum* I, *si uolumus (vt ij) ab Articulo masculini generis* LO *prouenire, qui in maiori numero uersa* O *in* I *habeat* Li *& inde ablata* L *remaneat* I: *Non uideo quare potius deleri nõ debeat* L *in recto singularis masculini in* Articulo I L *atque inde formari rectum suum pluralem, ne Heteroclita etiam inter* Articulos *enumerentur, quę, & Numero, & Casibus etiam plerisque carere dicantur. Sed in Obliquis maioris numeri, ubi illorũ etymon tradunt quos ego dixi esse* Articulos *pluralis recti* Articuli I, *sententiam meam uehemẽter confirmare videntur. Cum enim dicant in uoce* Delli *remotis* lli *reliquum esse* De, *vt in voce* Quelli *reiectis* lli *restat* Que *(quod exemplum non facit ad rem, est enim simplicis uocis hoc uero, quod eo exemplo confirmare student, est ex obliqui nota &* Articulo *iunctum) tamen asserunt uocalem finalem* I *subintrasse in eam uocalem, uidelicet* E, *qua remansit in uoce* De, *quod uerum quidem est, & exploratũ. Et plerique, quibus ego assentior, addunt eius rei causa, Apostrophũ* De' *adde quod pro* Artic. I, *in recto plurali sæpius dicitur* E. *Quamobrem si quid delendum est in his Obliquis formandis, quod sanè est faciendum fiat litura quam docui: & habeat sibi*

vnus-

vnusquisque Articulus *suos* Obliquos, *& numeros, ut in primo libro diximus proprios ac peculiares, nec sit vlla uox, quæ uariatio alterius appelletur, quæ per se tamen existit si quis accurate, ac diligenter negocium totum animaduertat, ac perspiciat. Nũc itaque his relictis, ad collocationem harum uocũ aperiendã accedamus.*

DE COLLOCATIONE ARTICVLORVM.

NTEQVAM *præcipua singulorum Articulorum loca aperiamus, dicendum est prius in uniuersum, Quã vim habeat in oratione* Articulus: *& iccirco Quando in oratione locari debeat, & quam sedem potissimum seruatur.*

Quam vim habeat Articulus.

SI *quis diligenter attenderit originem uocis huius quam uocamus* Articulum, *uidebit illius vim esse, ut quod in uniuersum, & populariter alias dictum intelligeretur, id ipsum ad certam quampiam motionem, præcipuamque ac particularem demonstrationem reuocatum eius additione cognoscatur. Est autem* Articulus *uterque uirili generis à* Demonstratiuo Pronomine *deriuatum primis duabus litteris inde sublatis, videlicet* Q *&* V. *vt ex* QVELLO *fiat* ELLO: *Ex his igitur syllabis seiunctis nascuntur* Articuli EL *&* LO: *in primo mutata* E *in* I *vnde* IL, *quamuis deriuationis suæ uestigia adhuc etiam in ore vulgi habeãtur: vbique enim audies* EL *pronuntiari potius, quam* IL *quod, vt apud bonos auctores non inuenitur, ita nec ratio probat: sunt etenim in omni oratione, quantum quisque possit, fugienda æquiuoca & amphibola & auribus, quatenus liceat, est consulendum. Gratior quippe est sonus* IL, *neque inde amphibolum nasci potest, quemadmodum si dixeris* EL *quod idem est ac* Articulus. *& copulatiua particula* E *il. quamobrem si dicas* EL CIELO *non satis per se apparet nisi ex alijs coniunctis in oratione, vtrum* Articulum *simplex, an cum particula* E *copulatum posueris: vt*

,, *E'l ciel tener con semplici parole.*

Valet enim ET IL CIEL. *quãuis non desint, qui affirment dignosci hanc iunctarũ uocũ interiecta nota & affixo apice Apostrophi* E'l. *quam scripturam, vt non improbo, ita nec necessariam puto: cum satis per se cognoscatur, nec cum alia uoce confundi possit,*

Sed vt eo unde digressus sum, redeam: quam vim habeat articulus iam erit planum & apertum, si ex eodem fonte, vnde manauit eius nomen, duxisse etiam significationẽ animaduertemus. Cuius rei testimonia apud optimos auctores passim habemus, qui Articuli loco primitiuam illam uocem, vnde ductum est: non sine ingenti elegantia posuerunt vt

,, *Quell'antico mio dolce empio signore.*

& quæ sequuntur.

Quid enim aliud ualet Quel signore: *nisi* il signore? *uide illi nullum sequi Pronomen, quod Demonstratiuo præmisso respõdeat, vt*

,, *Quel ch'infinita prouidenza, & arte.* vel
,, *Quel foco, ch'io pensai, che fosse spento.* vel
,, *Quel rosignuol, che si soaue piange.* &
,, *Quel Sol, che mi mostraua il cammin destro.*

Et denique innumera, quæ prætereo sciens. At in hoc loco nihil habes quod respondeat. nam ita est ordo.

Io fatto, *id est*. Poi che hebbi fatto citare quell'antico signor mio, *id est*. Il signor mio antico dauanti alla Reina, che, *id est*, La quale Reina tiene la parte diuina di nostra salute, mi rappresento iui.

Apertius id cognoscitur paulo inferius, vbi, & Demonstratiuum primitiuum, & Articulum simul collocat vbi ait.

,, *Misero, a che quel chiaro ingegno altero,*
,, *E l'altre doti a me date dal cielo?*

Id est, L'ingegno, e le doti, *Habet sanè maiorem Emphasim.*

Quel

Quel. *Sed tamen idem esse quod* Lo, *vide ex eo quod sequitur, nam non dixit* Et quelle: *sed* LE. *Quod tamen idem ualet: certe enim habet Articulus hanc vim demonstrandi; Sed idem Poeta paulo inferius idem facit in Articulò muliebris generis, quod ex secunda uoce eiusmodi Demonstratiui pronominis ducitur, ablata priori syllaba, vt ex* QVELLA *fiat* LA. *inquit igitur.*

„ *Ch'al fine vinta fu quell'infinita*
„ *Mia patientia, c'n odio hebbi la vita.*

Quid enim aliud est QVELLA *nisi* LA? *valet enim* L'infinita patientia mia.

Reddit igitur Articulus id, quod commune est, proprium: & certam, & precipuam rei, de qua loquimur, cognitionem demonstrat. Exempli gratia, nè à superiori exemplo discedamus: aliud est si dicas Signore, *nullo affixo Articulo aliud uero si dicas* Il signore *apposito illi Articulo sui generis. dicendo enim* (*v.g.*) Egli è signore, *cōmunem illum facis multis, & in vniuersum de eo loqueris, ut pote qui aliquo in loco eandem imperij potestatem habeat, quam multi alij varijs in locis habent. Cum uero dicas*, Egli è il signore, *iam non de cōmunitate illa imperij loqueris, sed de pracipua quadam possessione, quam non cū alijs cōmunem ipse solus habet. Non igitur loquetur recte subditus si videns praereuntem aliquem externum hominē, imperio insignē, digito in illū innuēs dicat alijs*, Quello è il signore, *sed* Quello è signore. *at si suum inspiciat, recte tunc dicere poterit* Quello è il signore.

Pari ratione si dicas Io nō ho danari: *participem te significas fortuna multorum, quibus non est pecunia: at si dicas* Io non ho i danari, *nullius te fortuna mortalium affinem facis, neque auro te carere significas: sed in ea tantum re facienda, de qua inter te, & amicum sermo fuit, nō habere apud te pecuniam, qua pro eius rei commutatione est necessaria, & de qua inter te, & illum conuenit. Sed alio exemplo contentus finem faciam.*

Vide hanc differentiā in ijsdē uocibus sepius à nobis, natura duce seruari. Nā si exēpli gratiā de Iudice tuo loquaris alicui, dices Io ho visitato il Giudice, Io ho scritto al Giudice, *& alia eiusmodi, qua recte, cum sit unus uel publice, uel priuatim Iudex, dicta*

sunt:

sunt: quod si ipsum alloquaris, & vt fieri solet controuersari aliquando & altercari necesse fuerit, dicis tunc Ve Giudice, che voi siete, *non* Ve il Giudice, che voi siete, *& tamen est tuus idẽque iudex de quo antea dixeras. Ratio autẽ est, quod in postrema hac locutione non significas imperiũ, & potestatẽ, quam ille in te habeat, minime cũ alijs cõmunem, de qua superius dixeras, sed officium Iudicis cũ alijs omnibus sibi cõmune, quod ille male administrãs, merito sit reprehendendus: unde idẽ est, ac si dicas,* Ve come voi fate l'vfficio di Giudice, *id est*, Vi portate vn poco stranamente. *Est etiam à Latinis vsurpatũ ponere Iudicem pro officio iudicis. dicũt enim Eia uide quomodo Iudicẽ agis.*

Item. Ei non ha ingegno. Ei non ha l'ingegno. *diuersa sunt Ibi enim in vniuersum ingenio nullo præditum hominẽ significares: hic uero ingenium illius, alsoqui optimum, in ea tãtum re necessarium & ad eam rem perficiendam accommodatum, de qua sermo fuit, exempli gratia ad litteras, ad rem familiarem curãdam, ad Rempublicam regendam aptum, ostenderes desiderari.*

Atque hinc liquido cognoscitur, illos non bene loqui, cum dicũt I prigioni son priuati di libertà. *Neque enim carcere occluditur aliud, præter corpus, quod & si cruciatur, animus tamen liber est, vt Stoici docent, nec intra septa parietum continetur, vt corpus: quemadmodum Horat.*

,, *Dum peregre est animus sine corpore velox.*

Nec ferè, præter limen ipsum, aliud uetat & prohibet custodia carceris, unde Dædalus apud Ouid.

,, *Non possidet aera Minos.*

Et captiuus ille Plautinus animo se liberum affirmare non dubitauit. quamobrem dicendum erat. I prigioni sono priuati della libertà. *De ea enim tunc intelligitur, qua priuari quis potest, qui ea fortuna prematur, videlicet abeundi, quo uelit, & alia his similia officia corporis faciendi. At contra si dixerint* Gli amanti sono priuati di libertà, *rectè dixerint: animo enim præcipue dominatur amor, unde illud.*

,, *Anima est amica Amanti.*

cui comitatur corpus, unde in Phœdriam suum Parmeno Terentianus ita inuehitur.

,, *Atque ubi pati non poteris ultro ad eam venies.*

In-

„ *Indicans te amare, & ferre non posse.*

Quamobrem omni libertate orbati cum sint amantes, iure dicendum est Di libertà, *vt id aperiens Petrarca de se dicebat:*

„ *Così tutto mi spoglia*

„ *Di libertà, questo crudel ch'i' accuso.*

Quod si etiam dixeris Gli amanti son priui della libertà, *non omnino male locutus esse videberis. nã, & si longe minorẽ significationẽ inde elicere quis poterit, quia pauciora in ea locutione cõplecteris erit tamẽ sensus, nõ omni, sed ea illos libertate esse spoliatos, qua se ab amoribus uindicent, Tẽperantia s. qua sola obstruere iter poterat amoribus, & tamquam munire ualidissimis propugnaculis pectus, ne eò penetraret amor, & impetu facto tandẽ imperio libere potiretur. de qua libertate Petrar. sentit in his uerbis.*

„ *Non hebbe tanto ne vigor, ne spatio,*

„ *Che potesse al bisogno prender l'arme.*

Vnde etiam recte in hac locutione additur Pronomen possessiuum MIA, *vt* Della mia libertà, *vt ostendunt potentia (vt aiunt) communem hanc cum omnibus hominibus libertatem, propriam uero iam effectam actu (vt loquuntur) & habitu, amorem depopulatum esse, de qua poeta idem.*

„ *Era la mia virtù al cor ristretta.*

Sed nunc philosophari non placet. Illuc vnde abij, redeo.

Quia igitur, quæ in uniuersũ significãt, & late patent in vnus priuata certãque ac propriã significationẽ contrahũtur accessione Articuli, *animaduertẽdũ erit per eãdẽ rationẽ quia pluriũ cõmunitas cõtrahitur in his uocib. quę genera significãt, & species, iccirco eis Articulos affigi necessario debere, cũ utimur ijs in significatione generis uel speciei, in subiecto, nõ in prædicato, nisi tamẽ conuertãtur, exẽpli gratia:* Lo animale è sostãza, & L'huomo è animale, *nõ* Lo animale è la sostãza. *nec* L'huomo è lo animale. *quia definitio est per cõmuniora. quib. si affigeretur Articulus ęquaretur prædicatũ cũ subiecto & cõuerteretur ut in hac Propositione.* Il cane è animal fedele, *potest addi Articulu prædicato, quia uox illa generis Animal, accessione uocis* Fedele, *ut subalternũ genus, migrat in speciẽ, & cõuertitur cũ subiecto: ut* l'Animale fedele è il cane, *licebit igitur dicere,* il cane è l'Animale fedele.

Atsi

At si ijsdem nominibus utare, non tanquam speciem, & genus ipsū significantibus: sed utaris tanquā appellationibus rerum, quæ sub ijs continentur: non præmittitur articulus: nā descendendo ad specialissima per multitudinem itur, ut Tien tu cauallo? *nisi de proprio, ac suo loquaris, ut* Prestami il cauallo. *non* Prestami cauallo. *Possumus etiam dicere* Tien tu il cauallo? *sed in alia significatione, videmur etenim præsignificare illum cōsueuisse alere equum, aut ad eum pertinere id facere. & proprium illius esse. ita uenator inquit*, Io ho cani, & vccelli. *& seruis præcipiens ait*. Togli i cani, & gli vccelli.

Item, Non è huomo che non piangesse, *in vniuersum dicitur de quocunque: iccirco Articulo caret, at in illo*. Quanto più l'huomo l'accarezza, tanto più egli inritrosiscie: *quia non de quocunque, sed de eo tantum dicitur. qui hac humanitate utatur icciro Articulum habet*. Egli non è tigre, nè lione che nō fosse manco crudele di lui: *nullum habet Articulū: quia in vniuersum dicitur de quocunque indiuiduo (ut aiunt) tigris, aut leonis. At contra in numero multitudinis*: I tigri, & i leoni sarieno māco crudeli, *quare cum Articulo dicitur? Quia multitudinis numerus speciei æquipollet (vt ita dicam,) Species autē diximus poscere Articulos. Vide autem quam accurate seruata sit regula Dialecticorū, ut enim descendentibus ad specialissima, necesse est diuidentē per multitudinem ire, sic ascendentibus ad generalissima, necesse est colligere multitudinē in unū; atq; ita designamus speciem tigris, & leonis, & tāquam speciei, Articulos præfigimus.*

Age uero, vt ad leuiora studia accedamus. quare dicimus Metti in capo, *cum iubemus quempiam operire caput: cum uero in ea parte corporis, morbo laboramus, non dicimus* Ho male in capo, *sed* Ho male nel capo? *facillimum est respondere, aut per eandem regulam, est enim primum illud commune, vt totum caput operiendum esse dicatur, quod ex præpositione* IN: *quæ ibi non significat intus, se à Super liquido cognoscitur: Secundum uero nō totum, sed quandam eius partem ægrotare significat, quod ex præpositione articulata cognoscitur, quæ loci ingressum habet, vnde primum illud tanquam commune: caret Articulo. secundum uero: vt magis præcipuum, ac peculiare, Articulum habet, inde igitur manant illæ locutiones.*

Metti in capo. Ho male nel capo.

Poni

Poni in testa.	E ferito nella testa.
Reca in tauola.	Il suo piacere è nella tauola.
Piglia in mano.	Si duole nella mano.
Togli in braccio.	Ha forza nel braccio.
Recati tuo sacco in collo.	Ha male nel collo.
Metti in dosso.	Sente dolore nel dosso.
Leua in spalla.	Si duole nella spalla.
Metti in piedi, in gamba.	Ha male nel piè: nella gamba.

Quo in loco obseruari debet præpositionem loci eandem in voce non esse cum Articulo, & absque Articulo. Est enim cum Articulo NE: *quod antiqui dicebant* INE: *cuius extant vulgo vestigia in pronunciatione unde reiecta* I *restat* NE: *at contra carebit Articulo* IN *quæ Articulum non patitur, nisi addita particula* S V. *vt* In sul capo. In su la testa. *& similia.*

Aut responderi potest iccirco non exprimi Articulum (quod verius puto) quia in hanc præpositionem IN *subintrat Articulus, quem ipsa trahit secum significatione: id patet ex eo quod si remota præpositione* IN *ponas eadem nomina, tunc necesse erit addere Articulos, vt*

Cuopri il capo. la testa.	Acconcia la tauola.
Porgi la mano.	Distendi il braccio.
Muoui il piede.	China la spalla.

& similia. Quod idem respondetur in ijs locutionibus In Chiesa In casa. In palazzo. In piazza. *Quæ idem ualent: ac si dicas* Nella Chiesa. Nella casa. Nel palazzo. Nella piazza.

Idem vsu uenit in Præ. PER: *quæ etiam absque Articulo officiũ Articuli facit: ut* Per palazzo. Per casa. Per piazza. *&* Pel palazzo. Per la piazza. *Remoue Præpositiones, sed maneas in eadem significatione particularis rei (vt ita nunc loquar) semper addetur Articulus. vt* Spazza la casa. Frequenta la piazza. Visita la Chiesa. Edifica il palazzo. *At muta significationem: & in uniuersum loquere, remouetur etiam Articulus: vt* Non vi rimase ne casa, ne tetto, non che palazzo, o Chiesa: *&* Questo edificio ha forma più tosto di Chiesa, che di palazzo: *&* Fiorenza e piena di gran palagi, e di Chiese.

Item

Item Prapositionibus A, D I, *&* D A *relinquunt communem Articulum in uocibus notis, ut* Le mani a cintola, *vel* Alla cintola. Il braccio a collo, la catena al collo. Il bambino a petto, & la fascia al petto. *Sed uide diuersam esse significationem. nam quod manet, poscit Articulum, ut* La fascia al petto, *quod it, reditque non possit, ut* il bambino a petto.

,, *Non mi sarebbe al petto quella pena.*
,, *Non con altro romor di petto dansi.*

A casa, A palazzo. *&* Da casa, *&* Da palazzo. *Item* A Chiesa: A Città, Da Chiesa, Da Città. *Sed hoc nimis durum quia nunquam erunt nota* Appellatiua, *qua proprium habent, ut* A San Giouanni, A Fiorenza, *propria appellatiuorum (qua diximus)* Chiesa, & Citta, *qua propria cum per se sint nota, & particularia, & priuata, non egent auxilio* Articuli, *ut appellatiua illa* Città, & Chiesa, *cum ex uniuersalis migrent in particulare; vnde dicetur,* La Città, e la Chiesa.

Sed tamen in uocibus appellatiuis, si quid per se notū elucescit necesse est iungendo illas cum prapositionibus Articulum ponere: Satis enim intelligitur cum iniquus Io vo a casa, *de qua domo loquaris, de tua scilicet:* Et io vo a palazzo, *de curia te loqui. Quod autem uerum sit, muta numerum, uidebisque iam facta esse uniuersalia, neque proprium aliquid clarescere. quod ut fugias non dicis:* Io vo a Chiese, Io uengo da Chiese, Io torno da case, *hic enim nihil est quod notum esse possit per se. Sed,* Io vengo dalle Chiese, Io torno dalle case. *Quo Articulo addito pramonstras nota loca unde uenias. ut contra si dicas.* Sono stato per Chiese, Per case, Per palazzi, *ut Petr.*

,, *Per oro, per cittadi, o per castella.*

nihil proprium loqueris, aut notū, sed uniuersale: & cōmune. Sed neque solū mutando numerū fiunt ignota: & incerta hac, quę cū prapositionibus sunt per se nota: ut Sotto casa. intorno a casa. *Sed etiā si seruato numero prapositiones remoueas: ignota fierent. vnde non dices de tuis adibus loquens.* Casa mi costa assai: *neq;*

veggio

veggio casa, *sed* La casa mi costa assai, & Veggio la casa. *neque enim est vniuersale id, de quo loqueris, quod cum per se non innotescat, eget auxilio Articuli.*

Quos Articulos si minus uolueris ponere, satis licebit per Pronomẽ possessiuũ id exprimere, eritq; idẽ Veggio la casa, *quod* Veggio casa mia, vostra, nostra, tua, sua. *nam si cum amicis iter faciens illorum ædes petiturus, illas intuitus dixeris*, Io veggo la casa *idem est, ac si dicas* Io veggio vostra casa. *Petrar.*

,, *Vn dubbio verno, vn'instabil sereno*
,, *E vostra fama, e poca nebbia il rompe.* *idem*
,, *Però chi di suo stato cura, o teme*
,, *Proueggia ben, mentr'è l'arbitrio intero,*
,, *Fondare in luogo stabile sua speme.*

Idem collocauit nomina modò cum Articulo, modò cum Pronomine in eodem numero, unde perspici potest, parem esse uim illorum: ait enim.

,, *Passan vostri trionfi, e vostre pompe;*
,, *Passan le signorie, passano i regni.*

Additur etiam his nominibus cũ pronomine possessiuo Articulus.

,, *Mentr'emendar potete il uostro fallo.*
,, *Ma le uostre eloquenze, e' uostri ingegni.*

Cũ igitur ex hac disputatione planũ factũ sit accessione Articuli fieri nomina ex vniuersalibus (vt ita nunc loquar) particularia, perspicuũ etiã erit, cur (quod multos scriptores diu torsit) dicẽdũ sit, La uesta del panno & l'imagine dell'argento, la tazza dell'oro, il bicchier del christallo, il mortaio della pietra, *& alia his similia: quia plura uocabula ad eandẽ rẽ spectãtia, diuersa inter se esse nõ possunt, & si in diuersis casibus posita. Quãobrem quia uox* Imagine *alioqui cõmunis, & appellatiua, accessione Articuli facta est particularis, & uni soli conuenit, iccirco Obliquus* Argento, *qui inde regitur, quia ad eandẽ rẽ spectat, tamquam materies pro materiato, non enim materiam illam, vt materiam considero, sed ut imaginem, quę ex ea materia conflata fuit, iccirco ex communi particulare etiam est faciendum pramisso Articulo, atque ita si recte loqui cupias, tunc dicendum est.*

La veste del panno. Il mantello della rascia. Il saio del velluto, non la veste di panno. Il saio di velluto. *quod si Obliquo subtrahere citra culpam uelis articulum, rectò etiã erit subtrahendum, ut* Vna veste di panno, Vn saio di velluto. *est enim Regula (ut dixi) quod pręmisso Articulo superiori voci, pramittitur etiam sequenti, quę inde regitur, vt*

,, *Contando i casi della uita nostra.*
,, *Che la strada del Cielo hanno smarrita.*

non dixit La strada di Cielo. *quod fecisset si in primò casu nullus praecessisset Articulus, vt*

,, *E qual'è dritta via di gire al* Cielo.

Quia in casu Via *nullus erat Articulus, nec etiam fuit in Obliquo* Di gir. *vt*

,, *D'alta eloquenza si soaui fiumi.*

Hinc dicimus Ad hora di mangiare, *vel* All'hora del mangiare.

Fallere videtur hac regula: Fallit sanè, sed ratiò etiam perspicitur & aperta.

,, *Erano i capei d'oro a l'aura sparsi.*

Si enim perspicias uidebis hoc exemplum non esse simile superiori. nam Obliquus ille D'oro *non est materies pro materiato, neque enim erant auro conflati crines, sed auro similes. unde in eo fallit regula. Inde dicimus.* Le mani d'auorio. Gl'occhi d'Aquila, il collo di colomba, *id est.* Simile all'aquila, & alla colomba, & alla bianchezza dell'auorio.

Fallit etiã in omnibus proprijs, unde dicimus I trionfi di Roma. *remoue proprium, & pone appellatiuum erit.* I triõfi della città. *ita* La vittoria di Cesare, La rotta di Pompeo. *remoue propria, & pone appellatiua erit* La vittoria dell'Imperatore. La morte del capitano. *Excipe nomina muliebris generis, qua vel*

vel cum Articulo, uel absque Articulo poni possunt, ut La bontà di Fiammetta, *vel* La bontà della Fiammetta, *nisi fama multis sæculis inueterata cognita fuerit, nam tunc insulse diceretur* La castità della Lucretia. *nec enim, ut nota sit, Articuli ope ulla eget, nec si, vt in superiori addetur, uenustatem vllam, & leporem orationi conciliat præter hęc seruanda semper est regula, quã docui: nam aut Articulus præmittitur Obliquo, aut aliud quidpiam, quod eam vim habeat, vt*

„ *Voi ch'ascoltate in rime sparse il suono*
„ *Di quei sospiri,*

Il suono di quei sospiri. *vbi* Quei *agit partes Articuli. ita etiam* Questi, *vt*

„ E *vedra'l vaneggiar di questi lustri.*

Age verò, præmissos Casus absque Articulo, non sequuntur semper alij, qui inde regantur spoliati articulo, vt

„ *Io pur ascolto, & non odo nouella*
„ *Della dolce, & amata mia nemica.* &
„ *O speranza, o desir sempre fallace,*
„ *E de gli amanti più ben per vn cento.*

Dicitur autem Nouella della nemica? Speranza de gli amanti. *non ita est, sed obserua hos Casus a superioribus quidẽ nõ regi, vt uidetur, sed aliunde: ob quã rẽ nihil admisũ est cõtra regulã. nã a* Nouella *non regitur* Della nemica *ne forte credas narrare eã debuisse fabulã Poeta ipsi sicuti dicitur* Nouella Della Fiammetta *sed a uerbo* Odo, *& est Obliquus materia, unde inquit* Io non odo della mia nemica nouella alcuna, *vt Latini dicunt* DE, *& Super vt de Cæsaris obitu nihil audiui. De rebus in Aphrica gestis ne nunciũ quidem habui, ita &* De gli amãti *non regitur à præmisso Casu.* O sperãza, *quod uocabulũ uniuersaliter ibi (vt patet) accipitur à Poeta, sed ab eodẽ ꝙ particulari-*

ter repetitur. particulare autem esse ostenditur in ea uoce E, *qua ualet præsertim, id est*, E tu particularmente, o speranza de gli amanti, ben. *id est* veramente fallace più dell'altre per ogniuno cento. *& qua seq. Porrò per se ipsa qua nata sunt non egent articulo. Adde quod si uelis huic uoci præfigere Articulum, nequeas: caret enim* Articulus *uocandi Casu, nihil igitur contra Regulā Præterea cum dicimus* Trasseli la corona di testa. Cauossi la berretta di capo. *Obliqui illi* Di testa. e di capo *: non sunt casus generādi, qui regantur à Substantiuis* Berretta, e Corona, *nam præmitterent Articulos: sed Casus sextus qui regitur à Præpositione* Di *qui significat motum de loco, & regitur à verbo. Vide igitur seruatam esse regulam apud bonos auctores*.

,, *Greci, che già di Lauro ornar la fronte. Dan.*

Quod uero Appellatiuis sæpius addimus hanc vocem Vno, *uel* Vna *non credat iccirco aliquis ea nomina facta esse particularia, sicuti si additus esset* Articulus, *neque enim aliā uim habet unus, vel Vna, quam singularem numerum exprimendi: eaque de causa frequentissime ponimus hanc uocem ante* Appellatiua, *& inter Articulos in constructione: nihil minus tamen notum nobis est, qui sit hic ipse unus de quo loquamur: est enim unus è multis. quod, scilicet unum esse è multis, omnibus. qua in ea multitudine numerantur, potest coniungere. Aliud igitur est dicere,* Mandami il seruo, *aliud* Mandami vn seruo. *hic etenim neminem certum præscribimus: unde poterit vnusquisque, ut fors tulerit, officium hoc facere: illic autem præsignificauimus hero, qui sit è multis mittendus, qui scilicet hoc muneris obire alias consueuit Obliquis igitur, qui regantur ex his uocibus iunctis cum nomina* Vno *non est addendus Articulus. Vnde dicetur* Vn libro di Filosofia, *non* Vn libro della Filosofia. Vn cinto d'oro, *non* Vn cinto dell'oro. *Item* Vna corona d'alloro, *non* Vna corona dell'Alloro. Vna casa di terra, *non* Vna casa della terra.

Illud etiam obseruandum, cum plures Obliqui, aut recti Substātiui per particulā ET *copulatur, tunc & signis Obliquorū, & Articulis eodē modo ornari debet seorsum vnusquisque suo, quē poscit nec sub uno Articulo omnes si eiusdē generis sint, nec sub una tantum nota Obliqui, vt multi faciunt: exempli gratia,* Di lettere, e honori, *cum dici debeat* Di lettere, e d'honori.

Di

,, *Di poema chiarissimo, e d'historia.*
,, *Di disdegno, di ferro, e di pietate.*
,, *O tu donna, che uai*
,, *Di giouentute, e di bellezza altera.*

Vide unicuique Obliquo præfixam notam suam absque Articu lo, ut dicendũ sit Il Prencipe di Fiorenza, e di Siena, *non* Di Fiorenza, e Siena. *at uide exemplum cum signo, & Articulo.*

,, *Vedi Sichen e'l suo sangue ch'è meschio.*
,, Della *circoncision, e della morte.*

In casu accusandi uide exemplum cum Articulis.

,, *Tu partoristi'l fonte di pietade.*
,, *E di giustitia il Sol.*
Item.
,, *Io ho condotto al fin la gente Greca,*
,, *E la Troiana, a l'vltimo i Romani.*

Vide absque Articulo, ubi habes Polysyndeton.

,, *Vergine i' sacro, e purgo*
,, *Al tuo nome, e pensieri, e'ngegno, e stile.*

Idem in Obliquis cum Præpositione, & Articulo.

,, *Non con altr'arme, che col cor pudico,*
,, *E col bel viso, e co pensieri schiui,*
,, *Col parlar saggio, e d'honestate amico.*

Vide idipsum in redditionibus seruari, sed exemplum clarius accipe.

,, *Vn* Curio *& un Fabritio assai più belli*
,, *Con la lor pouertà, che Mida, o Crasso.*
,, *Con l'oro, ond'a virtù furon ribelli.*

Vide exemplum absque Articulo.

,, *Con dolce lingua, e con fronte serena.* *item*
,, *Poi con gran subbio, e con mirabil fuso.*

vnde illud.

,, *Ma col cor tristo, e con turbato ciglio.*

per Euphoniam dicitur cum Articulo Col cor *cum dicendum esset* Con. *sed vitatur Disphonia. certè ualet* Con tristo core, *sed peritiores uiderint, an potius erratum sit in sequenti uoce* Con turbato, *ut legendum sit* Col turbato, *vt idem* Poi col ciglio men torbido, e men fosco. *ex hac obseruatione excipe figuratas locutiones, ut in illo.*

,, *Con venti auuersi, & intelletti vaghi.*

Ibi enim est Tautologia, ubi particula copulatiua habet uim exponendi, aperit enim Metaphoram antecedentis uocis Venti, *&* Auuersi *per quam significantur sequentes uoces* Intelletti vaghi. *valet igitur* ET *idem quod* Cioè: *Latine id est. quamobrem non erat necessarium repetere præpositionem in re, quę si minus voce, sensu tamen eadem erat.*

At uide seruari regulam in ijs, quæ per enallagen diuersis Casibus ponuntur, ut Latine.

,, *Cumque satis, arbusta trahit.*

id est sata & arbusta, nam si uni erit præfixus Articulus, non carebit eo alter.

Col

„ *Col fin delle parole i passi volse.*
„ *E col tempo dispensa le parole.*

idem exemplum habes.

„ *Che come crebber l'arti.*
„ *Crebbe l'inuidia, & col saper insieme*
„ *Ne' cuori enfiati i suoi veneni sparti.*

id est, crebbe il sapere, & il veneno dell'Inuidia seco insieme.

Excipiuntur etiam copulata, inter quæ sit proprium nomen per Metaphoram aliud quidpiam significans, & appellatiuum : huic enim additur Articulus, illi subtrahitur, vt

„ *Medusa, e l'error mio m'han fatto vn sasso.*

non la Medusa. è l'error. *idem seruatur etiam, si in proprio nomine Metaphora non fuerit, vt.*

„ *Quella, che per lo suo diletto, e fido*
„ *Sposo, non per Enea vols'ire al fine.*

vide, Per lo sposo non per Enea.
voces per Appositionem reijciunt Articulum, vt

„ *Gli odi, e gli sdegni*
„ *Venti contrarij a la vita serena.*

Ita etiam.

„ *Con più altri dannati a simil croce :*
„ *Gente, cui per amar viuer increbbe.*

Più altri Gente *Appositiue, est enim collectiuum nomen, quod cum superiori iccirco aptissime iungitur. item.*

„ *Poi uidi Hersilia con le sue Sabine,*
„ *Schiera, che del suo nome empie ogni libro.*

Sabine, Schiera *eodem modo quo supra.*

„ *Belo, doue riman, fonte d'errore?*

In attributis ponitur Articulus.

„ *Non se' tu Odorisi L'honor d'Agobbio?*

Vnde Adiectiua *hoc modo recipiunt* Articulum,

„ *Non fia Giudit la vedouetta ardita. & quæ seq.*

Et cum plura aggregantur, uni tantum datur Articulus.
„ *Giudit Hebrea la saggia, casta; e forte.*
Synecdoche tribuens Casus *nomini*, Græcorum *more, præmittit* Articulos, *ut*
Pien *di Filosofia la lingua, e'l petto.*
„ *Vergine bruna i begli occhi, e le chiome.*

In descriptionibus aliquando neque subiecto, neque prædicato datur Articulus.

„ Poch'eran. *perche rara è uera gloria.*
„ Gran *giustitia a gli amanti è graue offesa.*

Aliquando *subiecto tantum, ut*

„ *La morte è fin d'una prigione oscura.*

Aliquando utrinque, præsertim cum conuertuntur: de quo superius vidimus.

Par-

Partitio si uni partium addit Articulum *, præmittit etiam alteri; vt*

„ *Fu contenta costei lasciarmi il regno:*
„ *Io'l mio diletto, e questi la sua vita.*

In prolepsi præmittitur Articulus *uoci explicanti, explicati reticetur, ut*

„ *Rotte l'arme d'Amore, arco, e saette:*

Vide in uoce Arme *præmitti* Articulum. *ab ea autem explicatis nullum dari. Ita apud eundem in longa illa narratione, ubi Pudicitia socias virtutes, tamquam ancillas, ac pedissequas se ipsam sequentes explicat, ait enim.*

„ *Armate eran con lei tutte le sue*
„ *Chiare virtuti, o gloriosa schiera,*
„ *E teneansi per mano a due a due.*
„ *Honestate, e Vergogna a la front'era.*

& quæ seq. Vide explicanti addi Articulum Le uirtù, *explicatis remoueri* Honestate, e Vergogna, *& aliis multis quæ seq* Habito, Diletto, Senno, e Modestia: *& alia. postrema uero disiunxit à serie superius narratorum nominum: coniunxit autem cum prima illa uoce* Le uirtuti, *unde* Articulum *ei dedit, vide quàm eleganter.*

„ *E la Concordia, che è sì rara al mondo,*
„ *V'era con castità somma Beltate.*

Atque ita construxit Con lei, *id est* Con la pudicitia erano armate tutte le sue chiare uirtuti *(quas binas coniunxit, ut lõge periodo legitur)* E v'era, *id est* Intra le chiare uirtù armate non ui mancaua la Concordia, che è sì rara al mondo, *quam periphrasticos ita appellauit cum proprio nomine careat, est autem hæc Concordia.*

Castità con somma beltate, *vt sit descriptio quemadmodum paulò ante docuimus habens articulum in subiecto*. La concordia, che è sì rara al mondo è castità con somma beltate. *iuxta illud Lis est cum forma magna pudicitia, ut Iuue.*

„ *Rara adeo est concordia formæ,*
„ *Atque pudicitiæ.*

Si premisso non datur Articulus, neque eius postremis dabitur, vt contra, si premisso, ita & postremis.

„ *Tre dolci, e cari nomi ha'n te raccolti*
„ *Madre, figliuola, e sposa.*

Ha vedute le più belle parti del mondo, l'Italia, la Francia, e l'Ispagna.

Localia sibi respondentia si appellatiua sunt Articulum exigunt, vt.

„ Portò *dal fiume al Tempio acqua col cribro.*

Localia, quę sibi respondent, sunt Dal fiume al Tempio.
Nomina propria uirorum non recipiunt Articulum

„ *Volsimi da man destra, e vi di Plato.*

Aliquando tamen per Exochen, & soluta oratione, & metro inueniantur nomina propria virorum cum Articulo

„ *E solo in parte vidi il Saladino.*
„ *Quel di Luria seguiua il Saladino.*
„ *Farinata e'l Theggbiaio, che fur si degni.*
„ *Iacopo Rusticucci, Arrigo, e'l Mosca.*

Ita Il Zerbino, il Lapo. *Præponitur tunc eleganter, cũ per Metony*

tonymiam accipitur proprium pro Appellatiuo,ut L'Aristotile,il Virgilio,l'Horatio,il Cicerone, *id est,* il libro d'Aristotile, di Virgilio, *& eiusmodi*. Dammi il Virgilio, Porgimi il Dante. *quamuis etiam dicatur in eadem significatione*. Ho compro Virgilio,Ho letto Dante,*&* Ho mercatato vn Dãte, & compro vn Virgilio.

,, *Vn Regolo,vn Fabritio assai più belli.*

Metonymiam absque Articulus habes in carmine illo notissimo.

,, *Silla,Mario,Neron,Gaio,e Mezentio.*

His enim nominibus saua,atrociaque supplicia significantur,qualia fuere tyrannorum eiusmodi. mutato numero ponitur semper Articulus. I Neroni,gli Aristotili,i Platoni,*Sunt enim appellatiua nomina,sauo,atrocique ingenio homines, aut doctos significantia,ita illud in minori numero.*

,, *Che lunge vide,e fu veramente Argo.*

Pramittitur Articulus, si epithetum commune addatur, ut Il buon Piero, l'Amoreuol Giouanni.

,, *Iui era il curioso Dicearco.*
,, *Vedi'l buon Marco d'ogni laude degno.*
,, *E vissi a Roma sotto'l buono Augusto.*
,, *Hor mira il fero Herode.*
,, *Oue è'l gran Mithridate?*

Sed Adiectiui,non proprij,est Articulus, nec semper pramittitur Articulus,addito epitheto,sed tantum si priorem locum habeat in structura orationis epithetum vt uidimus,nam si posteriorem habuerit locum,omittitur, vt Neron crudo, Venere bella.

,, *Nerone il terzo dispietato,e'ngiusto.*

ſcouo,*& alia eiuſmodi,niſi ſit prædicatum. ut* Ceſare fu Imperadore: Aleſſandro Medici fu Duca di Fiorenza.*niſi in ſenſu aliud ſubintelligatur.ut* Piero ſarà il Re:Carlo l'Imperadore. *id eſt aget perſonam* Regis.*ille uero Imperatoris. ut actores fabularum,aut ludorum. Articulo etiam iunguntur proprijs nominibus præmiſſa præterquã* Papa *ut* l'Imperador Maſſimiliano *II.* il Re Henrico *II.* il Duca Coſimo Medici. Il Conte Hugo della Gherardeſca,l'Arciueſcouo Antonino:il Signor Giulio.*idem eſt quando præfigitur nomen honoris, ut* Monſignor lo Re. Meſſer lo Frate.*cum Articulo* Lo. *&* Madama la Reina, Madama l'Imperatrice. *Si geminantur hæc nomina præfigitur Articulus in prima ſede, non in media,ut* il Magnifico Meſſere Pier Vettori:l'Eccellentiſſimo Sig. Don Petro Medici.

Fœminarum nomina propria Articulum præmittere poſſunt, ut La Giulia,la Portia,la Gineura.

,, *I' ſon colui,che la Ghiſola bella,*

,, *La Nella mia,col ſuo pianger dirotto.*

,, *Camilla vidi,e la Penteſilea.*

Nos quidem vulgo ita loquimur,ſed in familiaribus colloquijs: nã ſubintelligitur per eiuſmodi Articulũ, vel Mia ſorella,o mia figliuola,o tua,o d'altri.*uel quid ſimile de claris fœminis, etiã quæ in præſenti uiuant,non ita accidit,cũ enim per ſe nota ſint, nõ egẽt Articulo,ut apud Petrarcã uideri poteſt,id enim, aut amplitudinẽ illã, quam habent imminueret vulgari hoc m odo dicẽdi, aut ignominiæ,uel deridiculi gratia factũ putaretur:ta mquam de ea loqueremur: cuius nomẽ lanificio opere cũ ancillarũ grege faciundo occupatæ extra gynecij limen nõdũ egreſſũ aliquò penetrauerit:aut igitur more vulgi locutus eſt Dãthes in ſuperiorib. verſibus,aut dedit Articulos partibus, quæ cũ proprijs nominibus cohærent:ut ſit* Ghiſola la bella, *ſed peritiorũ iudicio id relinquo.*

Regionum nomina in quæ ſectus eſt orbis, exigunt Articulos, ut L'Aſia,l'Africa,l'Europa.

Propria nomina Prouinciarum *pleraque præmittunt Articulos:ut* L'Italia,la Germania,la Francia,la Spagna, la Scotia, la Grecia,*& his ſimilia.*

R*egionum nomina:in quæ ſecantur* Prouinciæ *poſtulãt Articulos.ut* La Toſcana,la Marca,il Piemonte,il Latio,l'Abruzzi.

Inſula-

Insularum, vt La Sicilia, l'Inghilterra, l'America, l'Elba

,, *Muouasi la Capraia, e la Gorgona.*

Locorum, vt Le Campora, le Prata, la Chiusa. le Fornola.
Oppidorum, vt La Mirandola, la Castellina, il Cairo, le Pomerancie, le sette Chiese.
Fluminum, vt l'Arno, il Po, il Teuere, il Reno, il Danubio.

,, *Sopra'l Teuere, e l'Arno,*
,, *E'l Po, douo doglioso, e graue hor seggio.*

Montium, vt L'Alpe, il Giogo, il Poggio, il Tauro.

,, *Quando de l'Alpe schermo Pose fra noi.*

Pleraque horum, quæ dixi, ponuntur etiam absque Articulo in carmine præsertim.

,, *S'Africa pianse, Italia non ne rise*
,, *Si che molt'anni Europa ne sospira.*

Ita & nomina prouinciarum, vt

,, *Che se in Germania, e'n Francia tal rouina.*

Et nomina Regionum, vt

,, *Che uolse dir lo spirto di Romagna.*

Excipe La Marca, la Morea, il Cattaio. *quę non bene absque Articulo ponuntur. Insularum nomina, vt*
,, *Fra Sicilia, e Sardigna ruppe, e sparse,*

Sed

Sed, vt quædam numquam cum Articulo, vt Creta, Candia, Andro, Baia, Corfu, Chio, Lipari, Thile, Malta, Negroponte.

,, *E di Creti, e di Spagna addusser prede.*
,, *Era'l trionfo doue l'onde salse*
,, *Percuoton Baia.*

Ita quędam semper cum Articulo, vt L'Elba, il Giglio, la Capraia, la Gorgona, le Strofade.

,, *Che cacciar de le strofade i Troiani.*
,, *Tra la riua Toscana, e l'Elba, e'l Giglio.*

Pariter, quæ paulo superius adnotaui in nominibus proprijs oppidorum, numquam absque Articulo inuenies.

Fluminum nomina etiam cũ Articulo poni docuimus, quę eleganter apud Petr. noto illo carmine, sine aliquo Articulo cõperies.

,, *Non Tesin, Po, Varo, Arno, Adige, e Tebro.*
,, *Eufrate, Tile, Nilo, Hermo, Inde, e Gange,*
,, *Tana, Histro, Alfeo, Garona, e'l mar che frange,*
,, *Rodano, Hibero, Ren, Sena, Albia, Hera, Hebro.*

Horum ego, ut quædam absque Articulo poni consueuerunt, quemadmodum est Bisentio. Atrico, Mensola: *Ita etiam quædam in oratione soluta nunquam sine Articulo posita esse obseruaui, ut* La Magra, la Marina, il Teuero, *Præterquam in casu generandi, vt* Val di Magra, Val di Marina. *Cætera quę promiscue, & cum Articulo, & absque Articulo ponuntur, in soluta oratione rectius ac sępius habere obseruatur, pręcipue cum Prępositione significante statum in loco, ut* Nel Reno, nel Rodano, nel Tago, nel Serchio, nell'Era, nell'Elsa, *vulgo tamen dicimus* In Pesa, in Arno, in Mugnone. *Pariter cum prępositione significãte motũ de loco, ut* Da'l Reno, Da'l Tago, *& vulgo* Da Arno, di Mugnone, di Pesa (DI *idẽ est quod* DA) Di Greue,

Mon-

„ *E della vita il trapassar si corto.*

Ita in Obliquis, contra affirmantes non inueniri nisi in Recto: sed deletur (ut diximus) uocalis I, *ubi est nota Obliqui.*

Datiuo.

„ *S'al principio risponde il fine, e'l mezzo.*

Genitiuo.

„ *Del quartodecimo anno ch'io sospiro.*

Accusatiuo.

„ *Misero me, che tardi il mio mal seppi.*

Ablatiuo.

„ *Dal quale hoggi uorrebbe, e non può aitarme.*

Est autem Frasis Graca, ut illi tamà, prota emà: ita nos Del *pro* De il. Al, *&* Dal, *pari modo. nam si non essent hi Obliqui* Articuli IL. *sed* Articuli L O. *non seruaretur regula collocationis per se, sed per atcidens ob consonantem* L, *qua sua uocali* O *spoliata esset. quod minime uerum est, nam deletur* I *in Obliquis, ut in recto, quod iam millies probauimus*

In numero multitudinis pariter uide exempla I.

„ *I di miei più leggier, che nessun ceruo.*

„ *I di miei più correnti, che saetta.*

Et in Obliquis deletur I. (*ut diximus libro primo*) *relicta eorum nota cum apostropho:*

Genitiuo DE.

„ *Al uariar* DE' *suoi duri costumi.*

Datiuo A.

„ *Se risponder s'hauesse* A' *detti miei.*

Accusatiuo I.

„ Chi dopo lassa I *suoi di più sereni.*

Ablatiuo DA.

„ *Dal collo, e* DA' *tuo' piedi anchor ribelli*

Vel ponitur integer, ut lib. 1. ostendimus, pag. 3.

,, *Da i denti i morsi de la morte auante.*

Adiectiua uox Tutto *numquam præmittit, sed subiungit sibi Articulum quicunque ille sit, si ipsa ponitur ante Substantiuum suum, vt* Tutto il mondo. *non* il tutto mondo.

,, *Questa è colei, che* TUTTO *il mondo appuzza.*

Ita etiam uox Ambo, *vt* Ambo le mani, *non* Le ambo mani.

,, *Sopra questo teneua* AMBO *le piante.*

At in Obliquis præmittunt notas Casuum, & Articulos subijciunt, ut Di tutto il mondo. D'ambo le mani.

,, *Da tutti gli altri, e fammi al mondo ir solo.*

Antiqui uocibus omnibus uirilis generis præponebant Articulum Lo, *vt*

,, *Quanto mal per* LO *mondo hoggi si spande.*

Thlipsin & Crasim faciunt NEL, PEL, COL, & NO'L *cum Apostropho in singulari.*

,, NEL *dolce tempo della prima etade.*

PEL, *raro apud bonos Auctores, sed resoluitur, ut* Per lo mondo, *potius quam* Pel mondo. Va per il pane, *potius quam* Pel pane.

,, COL *parlar saggio, e d'honestate amico.*

,, *Ch'i' piango l'altrui noia, e* NO'L *mio danno.*

Vulgo

Vulgo etiam dicitur Svl: sul tetto, sul fiume. *Sed rectius.* Su il tetto, *vt pag. 174. diximus. nam sola hęc Prapositio monosyllaba huic Articulo praponitur. alij scribunt cum apostrophe* Su'l. *quod valde probandum videtur, vt*

,, *Qual fior cadea* Sv'l *lembo.*

Verumtamen alibi inuenio per Crasim, vt

,, Svl *duro legno, e sotto l'aspre gonne.*

Et in plurali non Sv, *vt vulgo loquuntur per Crasim, sed cum suo Articulo* sv i. Su i fiumi. su i puntigli d'honore. *at illa in hoc numero frequenter,* Ne, pe, co.

,, *Et io pur* NE' *miei mali* Li *tenni.*

Pe' campi, Pe' prati: *sed rectius.* Per i campi, per i prati.

,, E Col *bel viso, e* C o' *pensieri schiui.*

Non desunt qui contendunt esse scribendum c o i: *quam scripturam, ut non improbamus, nempe quę maiorem habet Emphasin, ita superiorem non negligimus.* E,l, *pro* E t I l, *&* e'n *pro* E t I n *iam diximus.*

Prępositus Aduerbijs reddit eas uoces nomina, Graco more, vt Il come, e'l quando saprete al suo luogo. Il quando sia a tua posta: del come, non ti dare altro impaccio.

,, *Che'l di* sv *tien di sotto.* *Dant.*
,, *Parer mi fece vn uolgermi al suo doue.*

De Articulo Lo.

Articulus LO *praeponitur habentibus.*
- *Consonantes initiales plures duabus,*
- *Consonantes duas. quarum prima sit* S,
- *Initialem uocalem.*

,, *Ecco* LO *stral, ond'Amor vuol ch'e' mora.*
,, *Lo spirto è pronto, ma la carne è stanca.*
,, *La ne uenimmo, e* LO *scaglion primaio.*

Pariter in Obliquis obseruabis idem,
Genitiuo.
,, *DelLo spirto uital, che Morte fura.*
Datiuo.
,, *AlLO strale, ond'Amor uita ne toglie.*
Accusatiuo,
,, *Fanno LO schermo, perche'l mar si fugga.*

Si praeponatur incipientibus à uocali, deletur O, *& remanet* L' *cum apostropho, ut*
,, L'*aspetto sacro della terra uostra.*

Idemque seruatur in Obliquis, ut
Genitiuo.
,, *De* L'*vniuerso, in su che Dite siede.*
Datiuo.
,, *Tessendo un cerchio a* L'*oro terso, e crespo?*
Accusatiuo.
,, *Che copre* L'*vno, e* L'*altro mio parente,*
Ablatiuo.
,, *E qual è'l mel temprato con* L'*assentio.*

In

In maiori numero preponitur ijsdem, quibus in minori, vt

Nominatiuo.

,, *Gli Angeli eletti, e l'anime beate.*

Genitiuo.

,, *Si graui i colpi, e frali*
,, *De gl'huomini mortali.*

Datiuo.

,, *E l'vsato tributo a gl'occhi chiede.*

Accusatiuo.

,, *Fuggir disposi gl'inuescati rami,*

cum Apostropho,*vt supra docuimus pag. 174.* Absque Apost.

,, *Gli altri asciugasse vn più cortese Aprile.*
,, *Con gli altri c'hebber fama di quell'arte.*

Frequens fuit antiquis hic Articulus,*ita ut poneretur ante uoces, quas habet* Articulus I L, *que sunt innumere. huius antiqua lectionis uestigia extant apud Petrar. aliquando ante has dictiones* Cuor, Mio, Quale, Petto, Cui, Lo mio libro. Lo quale. Lo cui saper.

,, *Ch'i' prouo per lo petto, e per li fianchi.*
,, *Lo mio cuor, che uiuendo in pianto il tenne.*

Apud Oratores preponitur dictioni Quale *Articulus* L O, *ut* Lo quale, *sed non est in vsu.*

Et sane multitudinis numero est L I, *sed per* Prothesin *apponit* G, *ut apud Latinos Nauus, premissa* G, *fit Gnauus.*

Preterea in minori numero cõiunctus cũ Obliquorũ notis geminat L, *& si quidã cõtendunt non ita se habere. At Ioannes Casa, peritiores que nostri tẽporis ea vtuntur orthographia, quam docui libro 1. geminat etiam* L *coniunctus cum* Aduerbio *loci* N E, *vt*

Nello stare. Nell'andare: *sed si Aduerbium negandi fuerit, non componitur, sed separatur*, Ne lo, *vt* Ne lo scolare, Ne gli studi suoi ti sono a cuore. *Componitur etiam cum prapositione* Con *vt in superiori Articulo accidit: atque est* Collo *in sing.* & *in plurali* Colli, & *si non desunt qui dicant separatim* Con lo, & *in plurali* con gli.

„ Con gli *animi al suo danno sempre accesi.*
„ Con *l'oro, ond'a uirtù furon ribelli.*

Subijcitur Prapositioni Per *nulla habita ratione initialis sequentis, dummodo sit dictio uirilis generis, vt*

„ Per *lo secol noioso, in ch'io mi trouo.*
„ *Videmi'l Duca mio su* Per *lo balzo.*

Supponitur etiam nominibus, quę honoris ergo Appellatiuis dignitatum praferuntur, ut Messer lo Potestà, Monsignor lo Re: & *proprijs, cum additur nomen idem dignitatis, ut* Massimiliano l'Imperadore, & *alia quę supra generaliter de hac collocatione diximus.*

Quod uero dicebam paulo ante geminari liquidam iungendo Articulum in Obliquis singularis numeri cum eorum notis, sunt qui fateantur ita esse agendum: sed imitari se dicunt consuetudinem quamuis malum, vt putant neque enim satis apertam opinionis sua rationem afferre posse videntur, quasi vero magni laboris sit opus in iungendis uocibus animaduertere geminari initiales, ut apud Latinos, & Grçcos, ita apud nos, vt Battere, Abbattere, Carezzare Accarezzare, Domandare Addomandare, Fumicare Affumicare, Grauare Aggrauare, Lontanare Allontanare, Ministrare Amministrare, & *alia mille, qua nunc non est narrandi locus, eaquippe est in Articulo cum his notis pronuntiatio, ut planum sit etiam ex hoc, ita pronuntiari debere.*

De

De Articulo La.

M*Vliebris generis nominibus citra aliquod discrimen, aut cõtrouersiam praeponitur* L A, *ut*

,, *Perche* LA *vita è breue.*
,, LA *vita il fine, e'l dì loda la sera.*

In Obliquis, ut diximus lib. 1. *pag.* 4. *&* 115. *geminat liquidam in utroque numero, ut*

,, *Nel dolce tempo della prima etade.*
,, *Che colpa è delle stelle,*
,, *O delle cose belle?*

Pariter geminat cum Prepositionibus CO, *&* N E *pro* I N, *ut* NELLA, *&* COLLA, *in singulari* COLLE, *&* NELLE *in plurali,* Dan.

,, *Sette D* NELLA *fronte mi descrisse.*
,, NELLA *stagion che'l ciel rapido inchina.*

Et cum Apostropho.

,, NELL'*età sua più bella, e più fiorita.*

Et si aliquando uidi in multis codicibus non COLLA, *sed* CON LA *scribi consueuisse, ut Petr.*

,, *Con* LA *lingua possente legò'l Sole.*

& Dant.

,, *Pria* CON LA *bianca, e poscia* CON LA *gialla.*

Dictionem N E *diximus antea pag.* 121.*valere* I N, *& sic non cum* Articulo . *quod uerò quidam ausi sunt locos duos* Petrarcę *cę castigare ubi* IN *ante* Articulum *legebatur,affirmantes se manuscriptos codices vidisse:id ego paruipendo existimans (vt antea docui)factum fuisse a Poeta dedita opera, quippe qui apud Dantem eiusmodi l ccutiones antea legerit.*

,, *Fresco smeraldo in l'hora che si fiacca.*

Præmittitur eleganter nominibus,quę & absque aliqua prępositione dicuntur absolute,& Articulum etiam,si placet, apte reijciunt,ut Mercè,gratia, bontà vostra , *vel* La mercè uostra,la gratia tua, la bontà sua . *Hæc enim regere etiam possunt Obliquos spoliatos nota sua & Articulo,ut* La Dio mercè, *pro* Per la mercè di Dio, La Dio gratia: La bontà loro . *& his similia. sed de Articulis* Præpositiuis *hactenus* .

DE ARTICVLIS SVBIVNCTIVIS.

D *Grecorum imitationẽ utimur ijsdem* Articulorum *uocibus , sed nihil tamen immutatis (vt ipsi faciunt)loco Relatiui Pronominis , quam significationem intelligentes qui ante hac scripserunt,enumerarunt has uoces inter* Relatiua Pronomina , *parum animaduertentes partitionẽ illam,quam Greci in* Articulis *faciunt , esse etiam eandem apud nos,quin potius certiorem , cum nihil inter se discrepent* Articuli *nostri nisi collocatione, & potest ue, uoce enim ijdem sunt , & in relatione hac facienda,quod ipsorum officium est,maiorem multo habent uim,quam ipsę pronominis uoces, quippe quæ Demonstratiuis subijciuntur, vt ea referant : quemadmodum* Quello che: quello il quale *: & similia Hi uerò respondent antecedentibus appellatiuis præmissis sępius cum suo* Articulo, *Aut proprijs nominibus respondent,vt ipsorum præcipuam hanc uim antecedenti similem facile uidere quis possit . Distinguitur itaque à superiori* Articulo *additionẽ nominis sumpti a collocationẽ sua,ut inde dicatur*

catur Subiunctiuus, quia antecedenti suo subiungitur in duobus Obliquis tantum Datiuo scilicet,& Accusatiuo frequentius, in quo casu semper ponitur.

IL

,, *Che spense'l Sol, anzi'l ripose in cielo.*
,, *E'l Sole abbaglia chi ben fiso il guarda.*
,, *Fin che mi sani'l cor colei, che'l morse.*
,, *Che'l fa gir oltra, dicendo, ohime lasso.*
,, *Chi non ha l'auro, o'l perde.*
,, *Giunto'l vedrai per vie lunghe, e distorte.*

IL *idest,* Quel sole *ponitur autem* IL, *aut* LO *cum eadem differentia,& obseruatione, de qua in* Articulis *prepositiuis copiose, ac separatim disputauimus. Est etiam uterque Relatiuum clausulæ, vnde intellectum habet generis Neutri.*

,, *Chi'l vide'l sa, tu pensa, che l'ascolte.*

IL *numquam affigitur uocibus in fine, ut sępius affiguntur* LO & LA *preterquam per* Anastrophen, *ut* Puo'l: Vuo'l, *ne dicendum sit* Puollo, Vuollo: *ita* Fa'l *pro* Fallo.

,, *Hor fa'l perche'l peccar più si pauente.*

Atque hoc utimur tantum in hac significatione relatiua in minori numero.

De Articulo Subiunctiuo.

LO

F*Requens in oratione soluta, rare in metro ponitur simplex,& integer.*

,, *E s'io lo scaccio,& e' non troua in uoi.*

Amutit O *per apostrophum ante uocales, ut*

,, *O qual gratia mi fia, se mai l'impetro.*

Valet autem LO *Illum: sæpius autem affigitur in metro,& soluta oratione, aut Verbis, aut Pronominibus, aut Aduerbijs, aut Coniunctionibus postremo loco.*

Verbis.

,, Graue soma è un mal fio a mantenerlo.
,, Deh venite à uederlo.
,, Per iscoprirlo imaginando in parte.

Geminat autem liquidam, si dictio cui affigitur, exierit in uocalem acutam, ut Vdi Vdillo, Apri Aprillo *In persona tertia, nam prima, cui tertia est similis. non geminat consonantem: ut* Vdilo *audiui illum: ita* Saprò, Saprollo, *sciam id* Vedrò, Vedrollo, *videbo id, & alia mille: vel si fuerit monosyllabum, vt* Di Dillo, *dicito id.* Da Dallo, *dato id.* Sà Sallo, *scis id.* Può Puollo, *potest id. Eadem regula seruatur in Articulo subiunctiuo fœminei generis* Dalla. *Da illam.*

Pronominibus.

MI, *mihi.*
TI, *tibi.*
CI, *nobis.*
SI, *sibi.*
VI, *vobis.*

Quæ in hac compositione mutant I *in* E, *& supposito sibi Articulo faciunt.*

MELO, TELO, CELO, SELO, VELO — *vel expuncta* O *per Apocopen sequente consonãti* — MEL, TEL, CEL, SEL, VEL — *sequente uocali in constructione fiet Apostrophus* L'

Sunt qui interponant ubique apostrophum, vt
,, ME'L ritrouasse solo lagrimando.

Ta-

Tamen nullo cum apostropho recte dices.
Io mel patirò cosi, come Iddio vuole.

,, *Ch'intende i vostri studi si* MEL *dica.*

Tu tel terrai, *vel* Te lo terrai a cotesto modo.
Noi cel terremo, così come egli è, *vel* ce lo terremo.
Essi sel fanno, *vel* se lo fanno suo.

,, *Che'n te mi fu'l cor tolto, & hor* SEL *tiene.*

Voi vel goderete per mio amore, *vel* ve lo goderete.

Aduerbijs.

PER *de quo in Articulo* IL *diximus satis* PER LO NO, *affixa illi liquida Articuli, & expuncta uocali, vt* NOL, *idque in casu Accusandi pro* NON LO *non id: Quo etiam modo dicendi in soluta oratione sæpius utimur.* Non lo farebbe tutto il mondo.
,, *Che comprender* NOL *può prosa, ne uerso.*
,, *Come puoi tanto in me, s'i* NOL *consento?*
,, *I'* NOL *dissi giamai, ne dir poria.*
,, *I'* NOL *dirò, perche poter* NOL *spero.*

Coniunctionibus.

SI, *inter hanc uocem, & Articulum interiecto Pronomine primæ personæ, atque ex his omnibus sublata uocali sua fit* S I L *pro* SE, IO LO *in casu accusandi, quod cum Apostropho etiam scribi solet, ut* S'IL.
,, S'IL *dissi, contra me s'armi ogni stella.*
Valet igitur Se io lo dissi *si ego id dixi.*
In maiori numero est, vt in præpositiuo LI, *vel* GLI *estque uel separatus, vt*

,, *Che*

„ *Che* GLI *hauea'n guardia historico, o poeta.*
„ *E* GLI *amanti pungea quella stagione,*
„ *Che per vsanza a lagrimar* GLI *appella.*

Item in casu dandi.

„ *Poco era ad appressarsi a* GLI *occhi miei*
„ *La luce, che da lunge* GLI *abbarbaglia.*

& coniunctus cum verbis a tergo, vt

„ *Vn* Caualier, *ch'Italia tutta honora,*
„ DIGLI. *id est dì a quello.*

Est autem Gli, *in postremo hoc exemplo casus Dandi minoris numeri. Migrat autem huc à plurali: in quo numero pro hac voce ponitur* Loro: *vt* Dirai loro. Gli *enim patiens est maioris numeri, vel Dandi casus in numero minori, cui affigitur* Articulus *subiunctiuus* LO, *vel* LA *intersecta* E *vocali, vt* GLIE LO. *&* GLIELI *in masculino, &* GLIELA *&* GLIELE *in fœminino. Est autem* GL*I casus Dandi, & singularis numeri vtrique generi inseruiens:* LO *in minori &* LI *in maiori numero: sunt casus Accusandi virilis generis, quamuis* Lo *sapius neutri generis sensum habeat in singulari,* LA *vero, &* LE *muliebris generis sunt, hic maioris, ille verò minoris numeri. Erit igitur* GLI *illi,* LO *Illum, uel Illud:* LI *Illos,* LA *Illam,* LE *Illas.*

Ho hauuto il libro per Piero, e glie lo manderò.
Illi eum mittam. nam GLI *refertur ad Petrum* LO *ad librum.*

Ho intesi i tuoi disegni intorno a Camillo, per tanto glieli dirò quanto prima. *Ipsi ea scilicet tua consilia aperiam quam primum ualet enim* Gli a quello: *id est* Camillo: LI *vero valet* Quegli *scilicet* tuoi disegni, *tua consilia.*

Idem obseruabis in Articulo fœminino. Glie la dirò, *illi eam rem narrabo.* Glie le promisi, *& eas res pollicitus sum.*

Et in sensu neutri generis, Glie lo manterrò, *vel* Manterroglielo, *ipsi id seruabo. uã affigitur etiam elegãtissime post uerba.*

Dīti-

Dicitur quoque GLIEL *pro* GLIELO. *eiusdemque est significationis: quamuis quidam affirment esse simplicem Casum dandi, sed falluntur profectò, nam sunt duo Obliqui, Dandi, scilicet & Accusandi casus, ut Petrar.*

,, *Quel si pensoso è Vlisse affabil'ombra,*
,, *Che la casta mogliera aspetta, e prega:*
,, *Ma Circe amando* GLIEL *ritiene, e'ngombra.*

Vide itaque Gliel *complecti intellectum duorum Obliquorum & ad duo referri, videlicet* GLI *ad superiorem uocem* Mogliera casta, LO *uero ad Vlissem, & ualet igitur* Gliel ritiene *ei scilicet uxori castæ, illum scilicet Vlyssem habet in mora.*

Ita in illo.

,, *Vide mai d'alto mar naue, nè legno.*
,, *Se non* GLIEL *tolse tempestate, o scogli.*

Gliel, *id est.* a quello lo tolse, *&c.*

Hic idem Articulus iungitur cum particula NE, *quæ intellectum habet relatiui in utroque numero, ut* Digliene *dic ei id.* Prestagliene *accommoda ei id, scilicet eam rem, de qua antea sermo fuerit, inde enim habebis genus. cui aliquando subijcitur genitiuus repetiti antecedentis, idque in partitione, ut*

Camillo mi ricercò di danari, e fauore: però io, conoscēdomi hauere il modo, de' danari gliene accommodai; ma del fauore con gliene potetti compiacere.

Vide tamen latere in affixo illo NE *significationē quātitatis, vt scilicet sit sensus* Gli detti de' danari NE, *id est,* Quella sōma *Partem illā, quā cupiebat. indeque regetur Genitiuus ille.* De' danari, *pecuniarū. Aut subijcit sibi genitiuum indicantē Qualitatē antecedentis, ut* Dagliene delle buone, DAGLIENE *.i.* DA A LVI QVELLE delle buone*.i.* Che siano buone. Di così fatte gliene disse molte. Ne*.i.* cose, *res, quę cuiusmodi forent explicat Genitiuus ille, qui accedit* Di così fatte. *Interpres quidam exponens hanc uocem iunctam* Gliele, *docet esse simplicē casū dandi & ualere* A lei; *sed non ita est, nam aut locus quem citat est cor-*

ruptus

ruptus (vt ego arbitror) & pro Glieli,*falso scriptum fuit* Gliele,*nam antecedentis patiens est in ea clausula* Danari, *ut sit sensus* Glieli diede, *id est,* Diede a lei quei danari , *uel est hysteromproteron,ut* Gli *sit relatiuum patientis,&* L E *(de quo Articulo mox dicemus) persona cui datur,& sit in* Gliele diede,*hic sensus* Diede gli,*id est,*Que' danari LE, *id est,* A lei, *nam* L E *valere* A lei *modo ostendemus ,* Gli *uero esse Articulum quod Latine valet illos,Etrusce* Quelli,*superius vidimus .*

De Articulo Subiunctiuo.

L A

A *Ntecedentium uocum muliebris generis relatiuum est Articulus* L A *cum seiunctus,tum affixus.*

,, *Dormirà sempre,e non fia,chi* LA *suegli .*
,, *La vide in mezzo delle gelide acque.*
,, *Che Apollo* LA *seguia qua giù per terra.*

Et cum Apostropho sequente uocali.

,, *Hor,ch'al dritto cammin* L'HA *Dio riuolta.*

Affixus verbis:vt

,, *Hor che fia dunque a riueder*LA *in cielo ?*
,, E *se qui* LA *memoria non m'aita,*
,, *Come suol fare : iscusin*LA *i martiri .*
,, *Che scuoter forte,e solleuar*LA *ponno .*

Iisdemque indeclinabilibus affigitur,quibus Articulus Subiunctiuus LO,*ut uidimus supra,mutata* O *in* A.
In numero multitudinis est LE *in Casu Accusandi, illas*
,, *Che marauiglia fanno a chi l'ascolta .*

,, Mi

,, *Mi piacquen si, ch'i' l'ho dinanzi a gl'occhi.*
,, *E lasciale cader, come a lor parue.*

Vel in casu Dandi, & ualet illi, A quella.

,, *E riuerente a' piedi*
,, *Le dì, ch'io sarò là tosto ch'io possa.*
,, *Et vn pensier, che solo angoscia dalle.*

Le di, *illi dic,* Di a lei : Dalle, *affer illi,* Da a quella, *sed de Articulis satis superque diximus.*

DE NOMINE OBSERVATIONES QVAEDAM.

GAMVS *nunc de Nomine, ea supplentes, quæ breuitatis gratia superiori libro relicta sunt.*

De formatione Nominum.

IN *formandis nominibus frequentes sumus, vulgo præsertim. Iungũtur autem sæpius ex Verbis, & Nominibus, integra utraque uoce, ut* Saluadanaio: Guarda cappe : *& per iocum* Ammazza glihuomini: Spaladanari : *& per contumeliam* Rubachiese: Spoglialtari: *aliquando ex recto & obliquo, ut* Mortodifame. *quæ seiungi potius uideo : quam rectè autem alij uiderint, satis mihi est idipsum proposuisse.*

De

De Numero Nominum.

Multitudinis numerum adhibendi, cum unum tantum alloquimur à Cęsare petito rerum non satis laudatam, receptā tamen consuetudinem manasse neto illo carmine testatur Dantes quam ut elegantiores Poetæ imitati sunt, ita & nos imitabimur. Petrar. ad Sennuccium.

,, *Qui son sicuro, & viuo dir, perch'io*

,, *Non, come soglio, il folgorar pauento.*

Diuersos igitur numeros copulamus apte: atque ita de uno dicimus Voi siete buono, sauio. e dotto. *prædicatum hoc locantes in minorem numerum, quod ad intellectum non ad uocem antecedentem respondeat, quippe cum de uno, non de multis re uera loquamur, atque hæc usitata est, & urbana comisque loquendi consuetudo. Propria carent figurate plurali, nisi sint posita, ut* Camilli, *id est,* simili a Camillo.

De Comp. & Superl. Nominib.

Comparatiua, quę apud nos suam expressamque habeant uocem, sunt Latinorū Anomala, *ut* Peggiore *peior:* Maggiore *maior:* Minore *minor:* Migliore *melior:* Inferiore *inferior:* Superiore *superior. Cætera addunt ad positiuum, Aduerbium comparandi, ut* Più forte *magis fortis:* Più giusto *magis iustus:* Più prudente *magis prudens. Superlatiua ab Adiectiuis omnibus dubio procul ducuntur. ut* Fortissimo *Latinorum terminatione accepta, uersa tantum finali* v s *in* o. *& ambo construuntur cum Genitiuo.*

De Diminutiuis Nominibus.

Diminutiuis copiosius abūdamus, qppe q ab una eadēq, primitiua dictione deducimus uaria Diminutiua, ut a Casa Casina Casel-

ſina, caſellina, caſuzza, *vel* caſuccia, caſipola. *ab* Huomo, homaccino, homiccino, homicciuolo, huomicciatto, homicciattolo, homuzzo: *homuncio*. Vecchio, vecchino, vecchiuzzo, vecchiettino, vecchierello, vecchierellino, *ſenecio. Ita, & quæ augendi uim habent, ut ijsdem exemplis utamur*, Caſone, caſotto, caſottone, *domus ingens. &* Homone, homaccione *procero corpore homo, ita a* Vecchio, vecchione, vecchiotto, Libro, librone, librotto *volumen magnum, & deridiculi gratia* Libreſſa *liber futilis, & inſulſus. Et cum vitiatum quid ſignificamus, ut* Homaccio, vecchiaccio, *malis moribus homo, uel ſenex.* Libraccio *liber inſulſus: Vel corruptum vetuſtate, ut* Calaccia, ſtanzaccia, cortaccia *muliebri genere, uel* Saionaccio *attrita ueſtis,* Ferraccio, mantellaccio, *maſculina, quæ vim augendi habent, cum veniunt à nominibus, quæ turpitudinem aut vitia ſignificant, ut* Triſtaccio, ribaldaccio, ſciaguratacciọ *ſceleſtis, & improbus ualde. Atque in hunc modum licebit copioſam deriuatorum nominum vim, & multitudinem comparare.*

De Terminatione Nomin. Propriorum.

PRopriorum Nominũ terminationes uirilis generis, sũt in omnes *uocales.* A. Enea, Farinata, Pitagora, Seneca, Agrippa. E. Solone, Talete, Socrate, Ceſare. I. Luigi, Dionigi, Giouanni, Rinieri, Ruggieri. *eaque in uniuerſum eſt Gentilium nominum terminatio, ut* Medici, Saluiati, Alaghieri, Caualcãti, Acciaiuoli. *quamuis, & in* A, *ut* Della toſa, *& in* E, *ut* Del bene, *& in* O, *ut* Del nero. O Coſimo, Franceſco, Carlo, *ac denique pleraque propriorum hanc enim terminationem in uniuerſum habent, unde mutata* O *in* A *fiunt muliebris generis propria, ut* Camilla, Tullia, *& alia mille, & ſi non deſunt primitiua per ſe finita in* A, *nec aliunde à maſculinis deducta, ut* Anna, Maria, Leonora, Iſabella, Portia. *Eiuſdem etiam generis habes finita in* E, *vt* Didone, *quod eſt Dido Latino more, ut*

„ *Taccia'l vulgo ignorante, i' dico Dido.*

Et Salome, Cleofe: *Hebrea nomina.* Beatrice,Berenice, clarice, *&* *in* O. saffo , Clio , Calisto. V *denique* , *vt* Artù, *&* G I E S V *Saluator mundi.*

De terminatione Appellatiuorum Nomin.

E*Xcunt Appellatiua in* A,*quæ à Latinis accepimus*,*vt* Poeta, Profeta , Sofista , Alchimista . *Et quæ crescunt Latine in obliquis*, *vt* Humiltà , *quæ etiam in* E *terminant* , *vt* Humiltate , *à Datiuo Latino* I *in* E *conuersa.In* E *exeunt ab eodem casu apud nos ferè innumera: Latine finita in* O.*vt opinio.*Opinione *vel finita in* R,*vt Pater* Padre,*vel in* L *vt Sol* Sole, *& alia* eiusmodi .

In O *exeunt, quæ Latine in* vs *terminantur* , *vt Deus* D I O. *Littus* Litto , *Seruus* Seruo , *& alia mille* . *Sed augentia numerum syllabarum in obliquis,vt Salus salutis,exeunt apud nos in* E , *versa* I *Datiui Latini in eam vocalem: vnde erit* Salute. *excipe virtus* , *quod mittit rectum vel in* V, *vel in* E : *vt* Virtù *vel* Virtute.

Promiscua exeunt in O,*vel in* E , *vt* Caualiero Caualiere: Pensiero Pensiere:Destriero destriere:corriero corriere. *sed vt metra amant terminationem* O: *ita soluta oratio postulat* E.

De Terminatione Adiectiuorum.

A*Diectiua:aut per duas voces flectūtur:aut per vtrunque articulum,& vnam vocem. Si per duas voces : prima habet* O *secunda* A *finales* , *vt* Giusto giusta : Degno degna . *Si per vnam tantum, ea erit in* E:*vt* Felice Gentile . *Consueuisse autem has vocales per Apocopen deleri aliquando in quouis nomine tam diximus*, *vt* Sol *pro* Sole : Arbor *pro* arbore : Van *pro* Vano : *& similia : ita etiam vltimas syllabas, vt* Gran *pro* Grande : Me' *pro* Meglio , *exceptis his* , *quæ nunquam contrahuntur: scilicet* Animo, Abisso, Affanno, Apollo, Collo, Duro

ro,Inganno,Oscuro,Strano,Sostegno, Volo. *neque enim dicimus* Stran, Affan : *sed integra, & perfecte absoluta completaque,vt posuimus.*

De prima Declinatione Nom.

N*Otandum est Prima Declinatione esse quadam habentia cõmunem terminationem cum secunda, nam & in* E *exeũt eleganter.vt* Fronda *in prima, vel* Fronde *in secunda* Loda *, vel* Lode. *pari ratione variabunt in plurali.* Loda *in singulari habebit* Lode *in plurali: &* Lode *minoris numeri habebit* Lodi *in maiori.Praterea,qua patiuntur Apocopen in singulari,vt* Città *, atque idcirco migrant a secunda in hanc declinationem, non recipiunt in plurali diuersam terminationem a singulari, vt* Le città *in secunda erat simplex* La cittade *in minori numero, & in maiori* Le cittadi.

De secunda Declinatione Nomin.

A*Diectiua vnius vocis apud Latinos, vnius etiam vocis sunt apud Etruscos, & in hanc declinationem recipiuntur. Qua vero distinctas voces habent singulis generibus singulas, pariter distincta vocibus habent genera apud nos, & duabus declinationibus complectũtur.In prima est fœminina vox, in tertia vero est masculina* Giusto giusta: Allegro allegra. *& similia.Animaduerte Latinas voces a nobis receptas è tertia illarum declinatione secum etiã trahere terminationẽ singularis numeri ab Ablatiuo in* E,*& ab eodem casu in plurali in* I *reiecta syllaba* BVS. *vnde à patre erit* Padre:*à patribus erit* Padri *mutata* T *in* D.*vel nulla facta mutatione,vt à felice:* Il felice : *a felicibus* I felici.

Qua syncopen patiuntur eandem seruant terminationem in plurali quam in singulari,vt il pie i pie . *simplex erat* il piede, i piedi.

De Tertia Declinatione Nomin.

F*Inita apud Latinos in* VM, *vel* VS, *hanc nostram inflexionem tertiam ingrediuntur, ut Lignum* Legno, *Amicus* Amico, *imitantur enim terminationem ablatiui Latini singularis: & ab eodem casu plurali reiecta vltima consonanti* S *exeunt in* L, *in maiori numero, ut ab Amicis* li Amici: *vel neutram Latinorum terminationem in plurali sequuntur, & sunt Heteroclita: migrăt enim à masculino singulari in fœmininum plurale, vt* I legni: *vel* le legna: I membri, *vel* le membra. *Dantes dixit pro* I peccati le peccata. *Hanc terminationem frequentarunt olim maiores nostri in ijs vocibus, quæ apud Latinos augent numerum syllabarum in Obliquis, ut corpus corporis, inde* le corpora *pro* i corpi, *nam in singulari est* corpo. *Quod faciebant etiam multa alia nomina secundæ declinationis Latinorum, vt* i prati *vel* le pratora, i luoghi *vel* le luogora, i campi *uel* le campora, li orti *vel* l'ortora, i gradi *uel* le gradora, i lati *uel* le latora, i rami *uel* le ramora, *atque ita a masculino migrant in fœmininum pluralem, ut dixi. Finita in* I *exeunt ita in plurali ut in singulari. ut* Rinieri, Aldieri, *& eiusmodi.*

De Constructione Nom.

E*Andem admittunt Constructionem, quam apud Latinos in Substantiuis & Adiectiuis ut*

„ *In sù l mio primo giouenile errore.*

Vide errore *substantiuum coniungere sibi, & genere, & numero & casu* Giouenile, *&* primo *Adiectiua. Præterea ex adiectiuis Substantiua fieri nomina: vt apud Latinos planum est vt*

Torna

„ *Tornami à mente s'alcun dolce mai*
„ *Hebbe'l cor tristo.*

Vide Alcun dolce. *Dulce aliquid in Substantiuum migrasse. Fœmininam uocem comperies Adiectiua quadam sibi copulare in genere uirili, frequenter soluta oratione, ut* Ogni cosa di strida, e di lamenteuoli voci era pieno. *respondet enim ad intellectũ non ad uocem cum inquit* Ogni cosa pieno. *ut Centaurus magna apud Lanos, quia nomẽ propriũ nauis significat. ita apud nos* cosa *in hac significatione ualet* luogo, *unde recte dicitur* pieno.

De Nominibus numeralibus.

N*Vmeralia nomina nihil uariant in genere, præter primum, & secundum numerũ: una etenim eademq; terminatio, & uirilis & muliebris generis nominibus accomodatur. Sunt autem hæc.*

Vno *vnus*, vna *una*. *Si sequatur in oratione hæc dictio* Altro *alius; ponitur sæpius cum Articulo, ut* L'vno e l'altro, l'vna, & l'altra. *Cum Substantiuis patitur syncopen uirili genere, ut* Vn Signore, vn Cittadino, *& similia cum Apostropho ponitur cum uoce* Altro, *ut* vn'altro *alius*, vn'altra *alia*.

DVO, & DVE. Duo *uirili genere multitudinis numero, duo:* Due *muliebri genere, duæ:* Duo libri, Due tauole. *Vide autem a bonis auctoribus* Due *esse promiscui generis. ut* Due fratelli, Due sorelle.

AMBO, & AMBE. *Latina uox, sed Ambo communis est generis, ut* Ambo le mani, Ambo gli orecchi, *in compositione habet* E *finalem, ut* Ambedue le mani, Ambeduo gli occhi: *Apud Dantem* Ambidui, *uel* Ambodue *in masculino genere.* Amendue *utroque genere, vulgo* Amenduni, & Amendune. Intrambi, *uel* Entrambi *ualet* Tutti duo. Intrambe *etiam muliebri genere dictum fuit, &* Intrambo *uirili. Sed antiqua sunt voces, & apud Poetas.*

Tre Quattro cinque sei sette Otto Noue Dieci vndici Dodici Tredici Quattordici Quindici Sedici Dicesette Diciotto Dicenoue Venti. *Coniunge nunc vnitates post Decades cum Apostropho, si vox minoris numeri, qui supponitur, a vocali incipiat. vt* Vent'vno Vent'otto. *absque Apostropho in alijs: vt* Ventidue ventitre ventiquattro, *& quæ seq. pariter* Trenta Trent'vno: Quaranta: Quarant'vno: Cinquanta cinquant'uno: sessanta sessant'vno: settanta: Ottanta: Nouanta: Cento. *prepone numeros vnitatum, dicesque* Dugento Trecento Quattrocento Cinquecento Seicento Settecento Ottocento Nouecento *in vtroque genere.*

MILLE *in vtroque genere. Prapone illi minores numeros, & sublata altera liquida, & versa* E *in* A *erit* Duomila, Tremila, Quattromila, Centomila. *& sic de singulis.*

Numeralia discretam quantitatẽ significãtia, vt QVARANTENA *muliebris generis in singulari, &* QVARANTENE *in plurali. ita* CENTINAIO *&* MIGLIAIO *in minori numero virili genere: & in maiori* CENTINAIA *&* MIGLIAIA *muliebri genere subijciuntur minoribus numeris. vt* Vn migliaio, duo migliaia, tre centinaia, quattro centinaia: *sibi autem subijciunt nomina numerata substantiæ in casu generandi, vt* Le migliaia de' fiorini, Le centinaia de' sospiri, *vel* Dolori a migliaia: Dispiaceri a centinaia.

Ordinalia sunt. Primo, secondo, terzo, quarto, quinto, sesto, settimo, ottauo, nono, decimo, vndecimo, duodecimo, tredecimo, quartodecimo, quintodecimo, sestodecimo, dicesettesimo, diciottesimo, dicenouesimo, ventesimo *suppone his minores numeros erit.* Ventesimo primo, ventesimo secondo, *& sic de singulis.* Trentesimo, Trentesimo primo, Quarantesimo, Cinquantesimo, *& sic in reliquis* Centesimo, Dugentesimo, Trecentesimo, Millesimo, *quod coniunctum cum alijs numeris non repperi.*

Aduerbia numeri sunt eædem voces, quas diximus, addita hac dictione, volte, *vt* vna volta *semel,* due volte *bis,* tre volte *ter,* quattro volte *quater, & sic, eodem modo in cæteris,* Mille volte *millies,* Dieci mila volte *decies millies.* Seicento volte *sex centies.*

De

DE PRONOMINIBVS.

De quibusdam Pronominibus, quibus ſubtrahitur nota Obliqui.

IN *pronomine* LVI, *&* LEI *ſubtrahitur nota Obliqui in Datiuo eleganter, vt*

,, *Oh, diſsi lui, or ſe' tu ancor morto?*

Lui *pro* A lui. *ita* Lei *pro* A lei, *vt*

,, *E'l ſignor mi parea benigno, e pio*
,, *Riſponder lei con viſo temperato.*

Ita etiam pronomine Se.

,, *Che porta il lume dietro, e ſe non gioua.*

Se *pro a* ſe. *Pari ratione* CVI *vt* Cui parlai io? *id eſt*, a cui *vel* a chi? *itidem* LORO, *vt* Parlerai loro, *id eſt* a loro.

Idem ſeruatur in caſu Generandi in Pronominibus CVI, COSTVI COSTORO, LORO, ALTRVI. *vt* La cui bontà, la coſtui amoreuolezza: la coſtoro humanità, la loro fama, la roba altrui.

De Pronomine. QVEGLI.

R*Elatiuũ hoc Pronomen in recto caſu tantum ita terminatum, recipit Obliquos eoſdẽ, quos Demonſtratiuũ* QVELLO, *quod Demõſtratiuũ huic ſingulari conſimilẽ terminationẽ habet in plurali videlicet* QVEGLI *raro* QVELLI *præſertim ſequente vocali,*

aut S initiali cũ alia cõsonãte, ut Quegli occhi, Quegli studij, *Hoc uero in singulari est.* QVEGLI *non est in usu familiariter, sed tantũ in scribendo ad imitationem nostrorum Auctorum, unde bene loquendi præcepta comparauimus. Nam Amphibolon statim exoritur, & quod singulare est, pluralis numeri esse censetur, sed tamen ita res est. dices igitur in recto tantum* QVEGLI: *in Obliquis uero* di quello, a quello, *& quæ seq. &* QVELLO *Demonstratiuum in singulari Recto & Obliquis uirili genere cum alio nomine substantiuo coniunctum (nam si est absque nomine cui adhereat, intellectum habet neutri generis) in plurali autem* QVEGLI *cum suis Obliquis, uel* QVELLI *sed rarius, ut docuimus.*

QVEI *diximus libro primo, Demonstratiuum esse nulla alia cum uoce coniunctum, aliàs enim diceretur* QVEL: *hinc itaque licet exemplum capias.*

„ *Che farem noi a chi mal ne desira,*
„ *Se QVEI, che ci ama, è per noi condennato?*

ut contra. quod etiam notabis cum proprio nomine coniungi.

„ *QVEL Atila, che fu flagello in terra.*
„ *Vidi QVEL Bruto, che cacciò Tarquino.*

De Pronomine.

QVESTI.

F*Initum in I non solum Relatiuum, sed Demõstratiuum etiam unde Dantes.*

„ *QVESTI, e mostrò col dito, è Buonagiunta.*

Cum Appellatiuis dicitur QVESTO, *& per Aphresin* ESTO, *ut diximus libro primo.*

„ *Se vuoi campar d'ESTO luogo seluaggio.*

& ESTA, *ut*

,, *Nouella d'* ESTA *vita, che m'addoglia.*

QVESTI *singularis numeri, quod in recto tantum dicitur, communes habet Obliques cum Pron.* QVESTO, *quod cum Appellatiuis ponitur virili genere, alioqui neutri generis intellectum repræsentaret: ambo autem habent in plurali* QVESTI.

Ex his formantur Aduerbia Temporis In questo, *interea dũ hoc fieret, & a superiori Pronomine* In quella, *valet idem, arbitror esse Eclipsin, ubi subintelligatur Appellatiuum*, In questo tempo, In quella hora.

De Pronomine.

CHE.

P*Ronomen hoc geminatur sanè apud bonos Auctores, sed vulgo non sat frequens, quin potius asperum uidetur s ualet autem Quodcunque, ut antea diximus*, che ne debba seguire: che che le genti si pensino, che che si facciano i grandi. *est etiam* che *Coniunctio causalis, & ualet* Perche *quia.*

,, *C H E'l tempo, che n'è imposto,*
,, *Più vtilmente dispensar conuiene.*

De Pronomine:

CHI.

C*Vm superiori coniungitur hoc Pronomen* CHI, *& valet Quisquis, uel Aliquis, ut* Chi che sia sarà egli, *aliquis erit.* Chi che egli si sia. *Quisquis ille sit. uel Quicunque. quod &* chiunque *apud nos.*

De

De Pronomine.

LVI, & LEI.

IN quarto, aut sexto casu semper ponuntur LVI, & LEI cum Gerundio, cum substantiuo uerbo, & cum Aduerbio coniuncta similitudinis COME, nunquam in recto.

Ac primo cum Gerundijs ductis ab iis uerbis, quæ suã significationẽ absque alio casu absoluant, ut Viuendo lui: Andando lei, *ponitur in sexto casu, ut Gerũdium ipsum. Viuente illo, Ambulante illa. Sed si transitiua fuerint uerba unde Gerundia ducũtur nullum habet locum Pronomen cum Gerũdio quod est casus auferendi, ut* Leggendo egli il Dante trouò vn passo bellissimo, *ipse legendo Dantem incidit in locum elegantissimum, nam uox* Egli, *quia uim habet agentis personæ, quæ rectum casum in uerbo occupat iccirco non à Gerũdio regitur, sed à uerbo* Trouò. *unde non dicitur:* Leggendo egli la lettione si leuò vn grande strepito. *sed* Leggendo lui la lettione. *nam nullum sequitur uerbum unde regatur uox* Egli.

Deinde substantiuo uerbo SONO *iungitur à tergo in quarto casu, cum enim* Sono *significat transmutationem a re uel persona in aliam, exigit quartum casum apud nos, ut* s'io fossi te. *inde itaque dicitur,* s'io fossi lui.

Tertio, & ultimo post Aduerbiũ COME *locatur hoc Pronomẽ* LVI *quando significatio Aduerbij, ea est, ut significet parẽ societatem similitudinis, & tanquam multorũ coniunctionẽ aliquã simul in eadẽ re unde exigit sextum casum coniunctionis. Cũ a qua Latina uoce descendit* COME *in hoc sensu. nam si Aduerbiũ simplex esset similitudinis, eundẽ casum posceret, quẽ antea reliquisset, ut* io l'ho vdito: si come egli & ella *non* si come lei, *uel* si come lui. *id enim in prima significatione diceretur, ut* Sono ricco, si come lui. sono sauia si come lei. SI COME, *id est.* insieme con lei. Ei non volse darmi quel, che io, si come lui meritauo: si come lui: *id est* in compagnia di lui. *Non est itaque uerum quod* LVI *ponatur pro* COLVI, *nec* LEI *pro* COLEI *in recto casu, & loca à quibusdam citata ex libro Dãtis cuius est titulus* CONVIVIO *ad rem non faciunt, nẽpe quæ sunt corrupta, & uitiata, nec mendo carent. unde quicquid præter hanc obseruationem qui dixerit, uitiosum erit.*

De

De Pronomine.
QVALCHE.

I*Vngitur ex duobus* QVAL, *&* CHE *hoc Pronomen, quod Latine Aliquis dicitur: nec absque substantiuo ponitur cui adhereat, & tam ad res, quam ad personas refertur, ut* Qualche Cittadino, qualche religioso, Qualche potente, Qualche gratia, Qualche cosa.

De Pronomine.
CHI.

H*Abet (ut pag. 17. docuimus) hoc Pronomen in Obliquis* CVI, *& aliquando eandem recti uocem prapositis notis Obliquorum, ut*

„ *Fra magnanimi pochi a chi'l ben piace.*

& pariter Demonstratiue, & Indefinite initio orationis, ut chi vuole imparare bisogna sopporti molte fatiche. chi, *id est,* quella persona, la quale. *habet enim secum antecedēs, & Relatiuū simul coniunctum, & componitur cum Pronomine* CHE, *ut* Chi che, *id est, quicunque* chi che essi si siano, *&* A stanza di chi che sia. *ualet autem* chi che sia *aliquis*.

De Pronomine.
CHIVNQVE, & QVALVNQVE.

D*Ifferunt hac Pronomina inter se, quorū primū refertur ad numerū, & de hominibus tantū dicitur, secundū uero ad Qualitatē rerū, nec nisi cum substantiuo in oratione locatur in utroque genere, & numero, ut* Qualunque huomo, qualūque cosa. *illud uero nulla alia cum uoce iunctum in oratione, ponitur etiā utroque in genere, & numero, ut* CHIVNQVE perseuererà sara saluo, *id est,* Tanti quanti perseuererāno, siano maschi, o fem

mine

mine saranno salui. Apri a chiunque picchia. *aliàs dici potest*. Ciascuno che, ciascuno che viene sia messo drento.

De Pronomine.

TALE.

Aliquando est distributiuum, & nulla cũ Apodosi ponitur, ut Tale era a studiare, & tale a far la guardia. Tale è buono alli studij*:* Tale all'armi: Tale alla mercatura, *idest*, Altri, *quod etiam dicitur* Chi, *ut* chi è atto a vna cosa, e chi ad vn'altra. *Contrahitur in plurali* Tai, *uel* Ta'. vt Gli disse ta' parole, *vulgo frequens: & apud Poetas*.

„ *E tra duo* TA' *nimici è si secura.*

Iunctum cum particula Co *fit* COTALE, & COTAL *quod ualet Simile, ut*

„ *Tal frutto nasce di* COTAL *radice.*

Ita in plurali COTALI.

„ *O Paulo, od African foffer* COTALI.

Migrat in coniunctione cum uoce CHE, *ut* Talche.

„ TAL CHE *due bestie van sott'vna pelle.*

De Pronomine.

MEDESIMO.

Hoc Pronomen cum Articulo IL *est aliquando Relatiuũ clausula, unde habet intellectũ Neutri generis: sed apud bonos auctores nõ inuenitur: nũc tamẽ receptũ est usu, ponitur cũ Aduerbijs*

hijs congregandi Meco, Teco, Seco: Meco medeſimo, Seco me deſimi *in plurali, & per ſyncopen eſt* Medeſimo.

,, *Di me* MEDESMO *meco mi vergogno.*

De Particulis.

CE, & NE.

D*Emonſtratiua loci eſt particula* CE: *& ualet in hoc loco, &* NE *eſt Relatiuum ſuperioris antecedentis in utroque numero, & ualet* Di queſto, & di queſti, *& utroque genere: ac ſapius ſimul ponuntur, ut* Molti ce ne ſono, *ex hoc numero hic ſunt multi.* Ne fece gran romore: Ne le preſe pietà. Ne, *id eſt* Di queſta coſa *aliquando* Ne: *eſt demonſtratiuum loci, ut.* Ne lo portò a caſa. Ne *id eſt* di quel luogo *inde.*

De Aduerbio ONDE, *quod ponitur Relatiue.*

V*T apud Latinos Vnde: ita apud nos* ONDE *ualet* QVALE *Relatiuum in utroque numero.*

,, *Di que' ſoſpiri* OND'*io nutriua'l cuore.*

Onde: *id eſt* de' quali ſoſpiri: *ex quibus, ſed ad uerba nunc tempus eſt ueniendi.*

De

DE VERBO AC PRAECIPVE.

De Formatione Temporum.

ARIETATEM illam vocum in themate (vt aiunt) Verbi in primis remouemus, neque enim varias Dialectos Italiæ, sed Etruscam puramque Florentinam ostendere consilium nostrum fuit. Diuersas autem rationes Poetarum ex eorū Lectione facilius obseruare quis poterit, quàm ex his institutionibus cognoscere. Intelligo autem Poetas qui Etrusce non Italice scripserint, e quorum etiam numero eijcio antiquos illos ante Dantis nostri tempora magno in honore habitos. vt enim Latini antiqui Liuius scilicet, Ennius, & alij in precio esse desierunt postquam Lucretius, Catullus, Terentiusque, & Virgilius floruere, vt Hor. docet ita admiramur nos quidem si quid in eorum scriptis elucet: antiquam autem illorum locutionē non imitamur. Si itaque Haggio, Haio, Habbio, Crio, Creggio, Saccio, sæpius vsi sunt, nos tamen Ho, credo, sò: potius dicemus, vt Boccaccius, Petrarca, & alij, qui hos magistros dicendi habuere, scribere consueuerunt. nam Dantes ille quidem imitatus Homericam dicendi rationem, cum varios introducit in suo poemate loquentes, aliquando licentia illa vtitur; qua vsi sunt antiqui hi, quibus proximus tempore fuerat, sed non desunt integra poematis eius capita quæ pura patrij sermone sui ratione conscripta sint, tam multā autem elegantia, & uenustate, ut Petrarcæ ipsius, quo suauius nihil ac lepidius, carmina longo interuallo uincat, & superet. Sed de hoc alias. Nunc redeo ad Temporum Formationem.

De

DE THEMATE VERBI.

PRIMA *uox Indicatiui præsentis est in* O *in Verbis personalibus . nam in Impersonalibus passiuis est in* I, *ut* viuesi (*uiuitur*) *& in Actiuis exit in* A , *vt* Bisogna *(oportet) Syncopen patitur aliquando , ut* vo *pro* Voglio *(uolo) &* Fo *pro* Faccio, *quo utimur, ut Petr.*

„ *Ma fo, si come huom ch'arde, e'l fuoco ha'n seno.*

De secunda persona Presentis Indicatiui.

S*Ecunda habet semper* I *finalem, in quã uertitur* O *finalis primæ personæ: ut* Amo Ami. *cũ qua uocali aliquando mutantur consonantes, ut* Veggo vedi , seggo siedi . *nonnunquam etiam nihil mutatur præter vocalem, vt* Leggo, leggi, *uertitur autem* GG *in* D *in ijs , quæ eam consonantem latinæ habent, ut* vedi, siedi, *quia latine est Sedes, Vides ita etiam uerbum* Traggo *sequitur latinam formationem* Trahi (*trahis*) *Finita in* Io *cum pluribus consonantibus præpositis remouent* o, *& sic formant secundam vocem , ut* cambio cambi , soffio soffi . *in alijs seruatur regula , ut* Glorio Glorij , *uerso* O *in* I *Monosyllaba addunt ante* I *uocalem* A , *ut* Vo vai , Sto stai, Ho hai , So sai , Fo fai, Do dai, *quæ habent* G *&* L , *hanc seruant, illam reijciunt*, Salo sali , Dolgo *uel* Doglio duoli , Vaglio vali , Soglio suoli . *sed rectius* Suoi , *sicuti in* Tolgo toi , Sciolgo scioi , Colgo coi: *etsi habent etiam* Togli , sciogli, cogli,

At in

At in uerbo voglio *vtraque consonans reijcitur* Vuoi. *Habentia* N *&* G *remouent* G, *vt* Vengo Vieni, Tengo tieni, I *vocali facta consonanti interposita in prima syllaba:* Pongo Poni. *Sed quæ Latinæ vtramque harum consonantium retinent in secunda singularis, retinent etiam apud nos, aut postponunt, ut* Pungo, Pungi, *seu* Pugni, Vngo, Vgni, *uel* vgni: Stringo, Stringi, *uel* Strigni: Giungo Giugni: Fingo Fingi: Spengo Spegni: Dipingo Dipigni, Piango Piagni, *uel* Piangi: Mungo Mugni: Cingo Cigni: Attingo Attigni: Dico *facit* Di *non* Dici: & Paio Pari.

De Tertia sing. præsentis Indic.

TErtia *fit à secũda mutata* I *in* A *in Verbis Primæ Cõiug. aut in* E *in cæteris, ut* Ami ama, Leggi legge, Vedi vede, Odi Ode. *Monosyllaba, aut eandem seruant regulam, ut* Fo, Fai, Fae, *vel in formando remouent* I, *& remanent pariter monosyllabum* Fa, *quo utimur: Poetice est:* Face, *ita* Puoi Può, *rectius quàm* Puoe: *quod Poetice est* Puote *Dant.*

„ *Vuolsi così colà, doue si* PVOTE.

Committitur aliquando Apostrophe, uel Apocope remota finali I *secundæ personæ, uel* E *tertiæ, ut* Pon *pro* Poni *uel* Pone. Tien *pro* Tieni, *uel* Tiene. Vien *pro* Vieni *seu* Viene. Vuol Val, Suol *pro* Vuole, Vale, Suole.

„ *Belo doue riman fonte d'errore?*

Fane, e Puone *nimis vetustæ uoces. Nostri sic rure loquuntur.*

De

De prima persona plur. numeri Indicatiui præs.

PRima maioris numeri descendit à secunda minoris addita AMO, ut Ami Amiamo, Leggi Leggiamo, Insegni Insegniamo, Odi Odiamo, *Monosyllaba addunt uarias consonãtes vel duplex* cc *ut* Fo, Fai, Facciamo, *vel* PP *ut* Sò, Sai, Sappiamo. *vel* BB *ut* Ho, Hai, Habbiamo. *nam in secundis personis nõ habemus* Facci, Sappi, Habbi, *ut barbare Itali aliqui loquũtur. vel ex duabus uocalibus elisa prima, & seruata altera, ut* Sto Stai Stiamo, Do Dai Diamo, Sono Sei Siamo *Habentia* NG, *ut* Tengo, Pongo, *aut* GL, *ut* Doglio, Voglio *formant primam huius numeri à prima singularis uersa* O *in* Amo, *ut* Vogliamo, Dogliamo, Tegniamo, Pogniamo (*postposita* N). Veggio Veggiamo. *verba in* SCO *carent prima pluralis huius temporis, ut* Gioisco, Ardisco, *In complexu orationis per Apocopen deletur* O *finalis, ut* Leggiam *pro* Leggiamo.

De secunda pers. pluralis num. præsen. Indicatiui.

SEcũda descẽdit à tertia minoris numeri addita TE, *ut* Ama amate, Legge leggete, *At (quia aliquãdo fit, mutatio litterarũ ut in* Debbe DOUETE, *aut additio, ut* Puo POTETE) *rectius qs fecerit, si cõsulet Infinitiui psẽs: & uersa* R *characteristica eius tẽporis in* T, *formabit hãc uocẽ: atq; hinc erit à* Douere DOUETE, a Potere POTETE, a Volere *erit* Volete, a sapere sapete, a Patire PATITE, a MORIRE MORITE, sedere sedete, ANDARE ANDATE. *excipio infinita, quæ per Syncopen pronũtiãtur, nã à simplici, nec cõtracta uoce facienda est hęc formatio. vnde ab Infinito* Porre *nõ potest duci* PONE TE, *sed a simplici uoce, q̃ in usu nõ est,* PONERE, *ita* Torre Toglhere Togliete. Sciorre sciogliere sciogliete, *item ab infinito* Bere *non dicitur* Bere, *sed* Beuete, *quia simplex erat*

Beuere, *quo Bononienses utuntur. At nos contractam uocem frequentius adhibemus* Becre, *qua est à tertia præsentis addita* T E Bee Beete *Infinitum* Essere *format* Siete, *præter regulam.* Facete, & Dicete *Poetarum antiquorum uoces in usu non sunt. sed* Fate, & Dite, *à suis infinitis* Fare & Dire; *uel a tertia singularis addita* TE, *vt* Fa fate, Di dite, Leggite. Audite, *vel per Apocopen* Leggi, Audi, *barbare à quibusdam Italia locis dicitur non Etrusce.*

De persona tertia pluralis numeri Indicatiui præsentis.

T*Ertia pluralis habet* A *pen. in Coniugatione prima. In cæteris habet* O; *in his enim à prima persona singularis numeri ducitur addita* NO, *vt* Leggo leggono, Odono odono, Veggo Veggono. *Coniugatio autem prima ducit hanc vocem à tertia minoris numeri cum additione eadem, vt* Ama amaua, Insegna insegnano, Vo & So, *item alia monosyllaba, ut* Do, Sto, Ho, Fo, *versa* O *in* A, & *geminata liquida formant* Vanno Sanno Danno Stanno Hanno Fanno. *In uerbo Substantiuo hæc uox similis est primæ singularis* Sono. Pono *pro* possono *poetice nunc etiam dicitur.*

„ *Lagrime omai da gli occhi vscir non ponno.*

Vonno *pro* vanno, *quod dixit Dantes, licentia poetica est causa metri, & rithmi, nec est imitabile, vt* Denno *pro* Deono, *vel* Debbono. *Deletur vltima syllaba etiam soluta oratione, vt* Han Van Pon Fan Dan.

„ *Non* FAN *si grande, e si terribil suono.*

Et cum Pronomine inseparabili.

„ *Ch'a Cielo, e Terra, e mar dar luogo* FAN*si.*

Vel deletur vocalis o, vt Deon Posson.

„ *Prendon riposo i miseri mortali.*

De

De Formatione Imperfecti.

I*Mperfectum, quod nos imitati Gràcos uocauimus* PENDENTE, *formatur à secunda pluralis Indicatiui Præsentis uersa* T E *finali in* V *(atque ita non decipiet quemquam mutatio uocalium vel consonantium in monosyllabis, & anomalis) vt* Amate amauo, Vedete vedeuo, Leggete leggeuo, Vdite vdiuo, Venite veniuo, Tenete teneuo, Sapete sapeuo *excipe.* Facceuo, *quod interponit syllabam* CE, *vt Latino sit simile Faciebam.*
Apud Scriptores exit prima personam huius temporis in A, *vt tertia.*

„ *E cominciò. gran tempo è ch'io pensaua.*
Sed vsus non recipit.
„ *Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.*

De secunda singularis numeri Imperfecti Indicatiui.

S*Ecunda descendit à prima uersa* O *finali in* I, *vt* Amauo amaui, *ex qua aliquando remouetur* I *finalis in complexu orationis per Apostrophen.*

De Tertia persona singul. Imperfecti Indicatiui.

T*Ertia eadem est cum prima uersa finali in* A, *vt* Amauo amaua: V *penultima huius uocis præterquam in prima Coniugatione remouetur eleganter, ut* Vedea, Leggea, Sentia, Petrarca.

,, *Dal bei rami scendea.*
,, *Correa gelata al suo antico soggiorno.*

Plura uero remouit idem Poeta in uerbo Faccua, *qui non solum dixit* Facea, *sed aliquando etiam* Fea.

,, *Che* FACEA *marmo diuentar la gente.*
,, *Che mi* FEA *lieto, e sospirar souente.*

Vertebant antiqui E *pen. in* I, *vt* Solia, potia, credia, viuia, *per* Solea, potea, hauea, credea, viuea.

De Prima pluralis Imperfecti Indicatiui.

PRima *pluralis numeri descendit à prima singularis uersa* O *in* A, *& addita* Mo, *ut* Amauo Amauamo, *seruata in antepenultima syllaba uocali suæ Coniugationis: quę tamen aliquando in reliquis tribus, tamquam essent uerba primæ Coniugationis, uertitur in* A, *vt* Vedauamo, vdauamo, venauamo, corrauamo. *pro* Vedeuamo, correuamo, vdiuamo, veniuamo: *sed videndum est ne quis in eo decipiatur, ut putet per immutationẽ aliquando id accidisse, quod natura sua euenit, ut* Falliuamo, *&* fallauamo, *neque enim* I *versum fuit in* A. *sed naturale est, nam diuersa, nec eadẽ est Coniugatio: aliud enim est Primæ* Fallare, *aliud Quartæ* Fallire. *Talia etiam sunt* Colorare colorire, Apparere apparire, *& alia eiusmodi in quibus nulla erit mutatio, uel dicas* Coloriuamo, *vel* Colorauamo, *sed naturalis ac propria erit uocalis Coniugationis suæ. quod uero contendunt Grammatici* Proferare, *&* Proferire, Addolciare, *&* Addolcire *eadem ratione dici, id quam uerum sit ipsi viderint: vnum hoc scio nostras voces esse* Proferire, *&* Addolcire: *alias fortè à Poetis vsurpatas non admittimus. In ea autem mutatione qua antepen. in* A *vertebatur* (*vt vidimus*

dimus) præponitur I *si antecesserit* C, *uel duplex* GG, *ut* Diciauamo, Leggiauamo, *quę in usu non sunt, pro* Diceuamo, Leggeuamo.

De secunda pluralis Imperfecti Indicatiui.

S*Ecunda ducitur à prima uersa* M *o in* T E, *ut* Amauamo, Amauate *cum eadem mutatione penultimarum uocalium. de qua in prima persona diximus Hanc uocem non satis probauit iunior ætas & si à maioribus acceptam. pro qua uoce utimur secunda minoris numeri: dicimus enim* Voi amaui *pro* Voi amauate, *atque ita in usu receptum est, cuius locutionis extant aliqua monumenta apud Scriptores: quippe mollior est uox, & iccirco usitatior.* Erate *pro* Erauate *per syncopen, ut superius in prima persona* Eramo *pro* Erauamo.

De tertia plurali Jmperfecti Indicatiui.

T*Ertia consentit cum primam eiusdem numeri, uersa tantummodo* M *in* N, *ut* Amauamo Amauano. *remouetur per syncopen media syllaba, ut* solcano *pro* solcuano, *præterquam in prima Coniugatione, simulq; O finalis* Vsciam *pro* vsciuano.

„ *Viue fauille* VSCIAN *de' duo bei lumi.*

Venieno, potieno, morieno, seruieno, ponieno, *cum Accentu in penult. nimis antiquæ uocis, pro* Veniano, potiano, moriano, seruiano, poneano, *Poetarum sunt.*

„ **Come VENIENO *i miei spirti mancando.***

Valsi Calsi Caddi Volli *uel* Volsi *a uerbis* Taccio Giaccio Piaccio Ho So Rimango, Caggio Voglio Tengo Vaglio Cale, *quod in tertijs personis flectitur, & caret multis tẽporibus.*
In tertia Coniugatione uertitur E *finalis in* TI, *ut* Riceuete riceuetti credetti succedetti concedetti prouedetti persuadetti resistetti, *uel* TE *in* I, *ut* Empiete empiei, Repetete repetei, Battete battei: *ita* Pentei *a uerbo* Pentere perdei vendei rendei concepei: *quę aliquando in* ETTI, *vt* Concepetti perdetti. *vt superiorum aliqua nonnunquam in* EI, *vt* Riceuei procedei. *quędam imitantur Latinam uocem paulo immutata, vt* Conobbi crebbi *a Cognosco, & Cresco:* Nacqui *a* nasco, Ruppi *a* rompo, *quod &* rompei *&* roppi: Nocqui *à uerbo* Nocere. *Quę habent in prima presentis* D *ante* O *formãt inde primam uocem prateriti uersa* D O *in* SI, Vccido vccidi Rodo rosi Diuido diuisi Rido risi Chiuso chiusi Assido assisi Rado rasi Chiedo chiesi Intrido intrisi Conquido conquisi. *idemque faciunt si alia etiam consonans ante* D *posita fuerit, ut* Ardo arsi Mordo morsi. *sed si ante* D *fuerit* N *non migrat in preteritum ut de litera* R *vidimus in proximo exemplo, sed ea elisa, &* Do *versa in* SI *formatur pręteritum, ut* Spendo spesi Prendo presi, *item* Accesi scesi difesi tesi scoscesi *ab* Accendo scendo difendo tendo scoscendo. *pariter* Rispondo risposi Nascondo nascosi Confondo confusi *versa* O *pen. in* V: Fendo *facit* fendei *uel* fessi. *Quę uero geminatas habent consonantes ante* O, *geminant* S *in pręterito, ut* Reggo ressi Leggo lessi Traggo trassi Crucifiggo crucifissi Struggo strussi Affligo afflissi *Alteram presentis seruant* Corro suello, corsi suelsi: *simplici* S *facit* Metto misi. *Geminant etiam habentia in presenti* C, *aut* O, *vt* Conduco condussi cuoco cossi, *aut habentia* T, *ut* Scuoto scossi: *aut* V. *vt* Muouo mossi scriuo scrissi viuo vissi. *Omnia enim hęc imitantur latinas uoces uerso* PS *aut* X *aut* V *consonante in* SS. *Vbi fuerint plures consonantes, quarum postrema sit* C *aut* G: *ijs seruatis &* C *aut* G *versa in* S *formatur prima uox prateriti in* SI, *ut* Vinco vinsi Torco torsi, volgo volsi. Alsi *poetarum est.*

„ L'alma ch'arse per lei si spesso, & alse.

Colgo colsi, Sciolgo sciolsi, Giungo giunsi, Tinsi, punsi, piāsi, Spensi, Vinsi, Dipinsi, Munsi, Strinsi, Scorsi, Sommersi, Accorsi, Sparsi: *cum compositis, ut* Dispersi, Estinsi, porsi, Tersi *& Sursi poetice ambo* Pongo *habet* Posi, *ita, & composita deleta* H *præsentis, &* Beo beuui *à præsenti* beuo *(quod non est in usu) geminato* V.

in quarta coniugatione deletur T E *finalis secundæ pluralis Indicatiui præsentis, & remanet* I *cum Accentu, ut* Vdite vdì.

„ *Vdì dir non so a chi ma'l detto scrissi.*

Pentì *(à uerbo* pentere*) aliquando* TE *uersa in* I *unde geminatur hæc uocalis, ut* Vdij, *quod præsertim faciunt uerba in* SCO. *ut* Apparij, Ardij, *ab* Apparisco, & ardisco: Languij, sortij. *a* Languisco, sortisco: *excipe* Cresco *cum compositis, de quo supra,* Accresco, Rincresco. Venni *à uerbo* vengo : *&* Dissi *à uerbo* Dico, Aprire, scoprire, proferire, sofferire *habent in præterito* Apersi, soffersi, scopersi: (*quamuis* Apri, scopri, soffri, *dici possit*) profersi *Antiqua sunt, nec dicta Etrusce* Feritti, Moritti, *Additur quandoque* O *ad finalem* I *vt* Vdij vdio, sentij sentio, sortij sortio.

De Secunda persona Perfect. temp. minoris numeri.

S*Ecunda formatur à prima singulari interpositis* S T *consonantibus ante finalem* I, *ut* Amai amasti: Godei godesti: Empiei empiesti. Vdij vdisti (*uel addita* STI Vdi vdisti) *atque hæc formatio congruit omnibus habentibus uocalem ante uocalem. ut ostendimus Quod si ante finalem* I *fuerint* TT, *primum ex ijs uertitur in* S. *alterum remanet, vt* Douetti douesti. *in alijs formatur hæc uox à tertia præsentis singularis, addita* STI, *ut* Vede, vidi, vedesti: Tace, tacqui, tacesti: Vale, valsi, valesti, scioglie, sciolsi, sciogliesti: Torce, torsi, torcesti: Giunge, giunsi, giungesti. V *vocalis facta cōsonās, ex syllaba prima deletur, ut* Duole, vuole, dolesti, *&* volesti: Muoue, mouesti, Cuoce, cocesti. HA *&* SA *additur syllabis* VE. *&* PE, *quasi antea esset* Haue. *& sape, regolariter format* Hauesti, *&* sapesti. Venni *deleto altero* N *facit* Venisti *à prima præteriti. ita* Tēni, tenesti *cōuerso* I *in* E

De

De Tertia persona Aoristi I. minoris numeri.

Tertia habet finales uel o, uel E, uel I. habent autem o uerba primæ Coniugationis, quæ a prima huius numeri contractis AI in unam uocalem (exceptis Monosyllabis Do, sto, so, quæ habent E) in o formant tertiam personam Amai amò cum Accentu in ultima, Nam finita in prima persona in duas uocales habēt Accentum in ultima persona tertia, ut potei potè, perdei perdè. causam inferius aperiemus.

,, M'empiè d'inuidia l'atto dolce, e strano.

E recipiunt uerba secundæ, & tertiæ Coniugationis, quæ à prima singularis uersa finali in E formant tertiam eiusdem numeri, ut Lessi lesse: Colsi colse. ita & Monosyllaba Do, diedi, diede: Fo, feci, fece. quod & Fe per contractionem, & Feo addita o, ut etiam potèo, perdèo, pascèo, sedèo: morio, percotèo, cum accentu in pen.

,, Che FECE a' nostri assai vergogna, e danno.

,, Ch'in Italia a' Troian FE tanta noia.

,, Auerrois, che'l gran Comento FEO.

Ita etiam Ste pro stette: Die pro diede in carmine.

,, Alessandro, ch'al mondo briga DIE.

In I, ut in prima pers. exeunt uerba Quartæ. nam idem sunt Vdi: uel altero I uerso in o, ut Vdij vdio, sentij sentio, venni habet venne, cum Accentu in pen.

Substantiuum uerbum format hanc tertiam uocem huius tēporis à prima expuncto I, ut Fui fu, aut conuerso I in E, ut Fui fue. quæ terminatio in uerbis Primæ, & Quartæ est per Paragogen, ut Amòe vdie pro amo vdi, uel etiam vdine addita NE, ut partine apud Dantem pro parti & Fune pro fu, sed rusticum, ac puerile. Quod autem Itali quidam ante o finalem tertiæ in prima coniugatione ponūt A, ut Amao, tornao, visitao, stomacao: pro amo, tornò, visitò, stomacò: alieno maxime est à sermone Etrusco, & a nostro præsertim.

De

mine saranno salui. Apri a chiunque picchia. *aliàs dici potest*. Ciascuno che, ciascuno che viene sia messo drento.

De Pronomine.
TALE.

A*Liquando est distributiuum, & nulla cũ Apodosi ponitur, ut* Tale era a studiare, & tale a far la guardia. Tale è buono alli studij: Tale all'armi: Tale alla mercatura, *idest*, Altri, *quod etiam dicitur* Chi, *ut* chi è atto a vna cosa, e chi ad vn'altra. *Contrahitur in plurali* Tai, *uel* Ta'. vt Gli disse ta' parole, *vulgo frequens: & apud Poetas*.

„ *E tra duo* TA' *nimici è si secura.*

Iunctum cum particula Co *fit* COTALE, *&* COTAL *quod ualet Simile, ut*

„ *Tal frutto nasce di* COTAL *radice.*

Ita in plurali COTALI.

„ *O Paulo, od African foffer* COTALI.

Migrat in coniunctione cum uoce CHE, *ut* Talche.

„ TAL CHE *due bestie van sott'vna pelle.*

De Pronomine.
MEDESIMO.

H*Oc Pronomen cum Articulo* IL *est aliquando Relatiuũ clausula, unde habet intellectũ Neutri generis: sed apud bonos auctores nõ inuenitur: nũc tamẽ receptũ est usu, ponitur cũ Aduer-*

bijs

hijs congregandi Meco, Teco, Seco: Meco medesimo, Seco medesimi *in plurali, & per syncopen est* Medesimo.

,, *Di me* MEDESMO *meco mi vergogno.*

De Particulis.

CE, & NE.

D*Emonstratiua loci est particula* CE: *& ualet in hoc loco, &* NE *est Relatiuum superioris antecedentis in utroque numero, & ualet* Di questo, & di questi, *& utroque genere: ac sapius simul ponuntur, ut* Molti ce ne sono, *ex hoc numero hic sunt multi.* Ne fece gran romore: Ne le prese pietà. Ne, *id est* Di questa cosa *aliquando* Ne: *est demonstratiuum loci, ut.* Ne lo portò a casa. Ne *id est* di quel luogo *inde.*

De Aduerbio ONDE, *quod ponitur Relatiue.*

V*T apud Latinos Vnde: ita apud nos* ONDE *ualet* QVALE *Relatiuum in utroque numero.*

,, *Di que' sospiri* OND'*io nutriua'l cuore.*

Onde: *id est* de' quali sospiri: *ex quibus, sed ad uerba nunc tempus est ueniendi.*

De

DE VERBO AC PRAECIPVE.

De Formatione Temporum.

Aliquãdo uirili genere poſitũ neq; cum agente,neq; cũ patiente conſentit, ut Le ſue parole haurebbon moſſo più oſtinate menti di quellè. *uel* Ella nõ ha pur riſpoſto una parola. *Ioã. Boccac. conſentire facit Participium ſemper cum patiente perſona ut* Ho deſiderate le tue cõmodità. *dixit* deſiderate *non* deſiderato, *nã cum agente perſona cõſentiret. Si fuerit Infinitiuus loco Accuſatiui(ponitur autem ſæpe,& tanquam uirilis generis, minoriſque numeri exiſtimatur) conſentit cum Infinito ; ut* Ho deſiderato ſentire ſomiglianti ragionamenti, *uel conſentit cũ patiente caſu Infiniti,ut* Ho deſiderati ſentire ſomiglianti ragionamenti. *Conſentit etiam cum Infinito, quod ſubintelligitur, ut* Quanto più ha potuto,tanto ſi è affaticata per te. Ha potuto, *ſcilicet* affaticarſi. *eodem modo conſentit cum Relatiuo uerbi ſuperioris, aut clauſulæ , ut* Non ingannerai già me , come hai fatto molti altri. Fatto *id eſt*, ingannato, *&c. item ſequente eodem uerbo in modo infinitiui , ut* Senza hauer ueduto , o veder coſa, che ſia da fare.

Verba compoſita cum Nominibus,non cum ijs conſentire faciũt Participium,ſed cum patiente perſona, ut Ho tolto uia il pericolo. *ſunt autem hæc præcipue frequentiſſima.*

Hauer uoglia, Tor via, Dar via, Porre adoſſo, Por mente, Leuar via, *& ſimilia*

Conuenit igitur ſæpius genere, & numero cum patiente perſona, ad quam fit tranſitus. In temporibus uero ſuppletis per ſubſtan-

stantium uerbum conuenit cum recto, ut Voi siete arriuati. Quelle si sono pentite, *&c. atque hæc in omnibus ijs temporibus obseruentur, quæ supplentur per Participium.*

DE PERFECTO QVOD Finitum appellauimus, & de Plusquamperfect.

ESPONDET *Finitum hoc tẽpus Paracimeno Græcorum, ut etiam illud, quod uocauimus* Trapassato *illorum Hypersyntelico, & Plusquamperfecto Latinorum respondet. Sed de his paulo ante diximus in Aoristo.* 11.

DE FORMATIONE FVTVRI.

ABET *hoc Tempus Accentum in ultima in persona prima, & tertia singularis.* Amerò amerà. *& in penultima* E *uocalem exceptis Monosyllabis* Do, sto, so. *quę habent* A Darò, farò, starò, *& in uerbis quartæ Coniug quæ habẽt* . *Prima eius uox antecedente liquida est in* O, *quæ uersa in* A *format secundam addita* i, Amerai, *qua deleta fit tertia* Amerà. *Seruat autem prima uox Analogiam Infinitiui pręsentis, ut* Amare amerò *uersione facta pen. uocalis in* E *in uerbis primę exceptis Monosyllabis, ut diximus, & ultimę in* O, *quæ sola mutatio in alijs Coniugationibus seruatur, ut* Leggere leggerò, Prouedere prouedero, Vdire vdirò. *finales tantum litterę mutatione facta. Verumtamen est animaduertendum in secunda Coniugatione fieri in hoc tempore Syncopen, nec futurum capere integram uocem Infiniti, ut in* Potere *nõ dicimus* poterò *nisi poetice, quod imitabile non est, sed* porrò, *uel expuncto* T,

porò

porò *antiquum apud poetas. ita ab*

Hauere	Haurò	Parere	Parrò.
Douere	Dourò	Tenere	Terro.
Sapere	Sapró	Soltenere	Sosterrò.
Cadere	Cadrò.	Contenere	Conterrò.
Vedere	Vedrò.	Altenere	Alterro.
Rimanere	Rimarrò.	Dolere.	Dorrò.
Volere	Vorrò.	Valere	Varrò.

Ablata media, & posita R, *vel expuncta uocali penultima, & remanet* RR *geminum ante finalem. idem accidit in aliquibus prima vt*

Andare	Andrò.	Penare	Perrò.
Menare	Merrò.	Comperare	Comperrò.

Quod etsi habet aliquando Comprare:*non tamen ab ea syncopa ducitur* Cómprò,*quæ est tertia uox Aoristi primi. aliquando deducitur elisis pen. uocalibus à*

Dimorare	Dimorrò.	Portare	Portrò.

Et in tertia Coniugatione pariter à
Viuere *fit* Viurò *vsitatissimum:quamuis dicatur* Viuerò:*ita & in Quarta,vt à uerbis*

Morire	Morrò.	Venire.	Verrò.
Salire	Sarrò.	Guarire	Guarrò.

Promiscue autem syncopam & integram uocem adhibere possumus, ut Menerò Penerò Saperrò *: & similia.* Sofferro *&* Vdrò *pro* Sofferirò *&* Vdirò *poetice. Quæ in tertia Coniugatione syncopen patiuntur in Infinitiuo dubitandum non est, quin tale etiam forment futurum in Indicatiuo, vt à*

Torre	Torrò.	Corre	Corrò.
Porre	Porro.	Sciorre	Sciorrò.

Scierre

Scierre Scierrò, *& si aliqui contendunt inueniri quidem tale Infinitum, sed non Futurum: nam potius* Scieglierò . *nos quidem illo utimur cotidie.* Rispondrò *pro* Risponderò *poeticum est. & terminatio in* Aggio, *ut* Falliraggio , Diraggio *antiqua nimis. aliud est Futurum* Haurò amato, *quod in Subiunctiuo posui , ne suo loco inusitate nimium motus uideretur. Quod licebit secundũ Futurum appellare more Græcorum, nempe quod à primo differat ordine tantum, nam Futuri primi actio non prius incipit, quã secundi actio perfecta sit, ut* Quando io haurò hauuto i danari, ti renderò li tuoi. *ut contra si quis dicat,* Quando haurò bene io, n'haurai ancor tu , *significatur hanc actionem uel uno eodemque tempore esse neque aliam alia priorem, aut posteriorem: vel paulo post futuram esse.*

DE MODO IMPERANDI.

ONTENDVNT *multi primam etiam personam in modo Imperandi dari posse, & stulte admodum altercantur in re , quę luce ipsa clarior est. Quis enim negarit unquam , posse vnumquemque præcipere sibi, & seipsum animo inflammare ad aliquid agendum. Veruntamen præcipiat quantumlibet quia seipsum in ea re dicenda alloquitur : persona autem quam alloquimur , est secunda: igitur citra rixam aliquam , & contentionem secunda utatur oportet . In Plurali alia ratio est. neque enim alloquimur nos ipsos, sed confirmamus , quid sit consilij capiendum, ut*

„ *Cerchiamo il Ciel, se qui nulla ne piace,*

Est enim hoc proprium Modi huius in hac persona.

Imperandi modus habet alias appellationes.

IDem his Modus a diuersis officiis, quibus fungitur, Hortandi modus uocatur.

„ *Signor mirate, come'l tempo uola.*
„ *Voi siete hor qui, pensate alla partita.*

Monendi, cui additur particula negandi, ita & eligendi, ut

„ *Non fate contro al vero al core un callo,*
„ *Come set'vsi; anzi uoltate gli occhi.*

Irridendi cum stomacho, & Ironice permittendi.

„ *Ite superbi, e miseri Christiani*
„ *Consumando l'vn l'altro, e non ui caglia,*
„ *Che'l Sepolcro di* CHRISTO *èn man de' cani.*

Item illud.

„ *Hor vi riconfortate in uostre fole*
„ *Giouani, e misurate'l tempo largo.*

Concedendi, cum quærimur, & rogamur, ut placeat per nos licere alicui quidpiam agere, ut planum est: & Imprecandi, ut Va in mal'hora: *abi in malam crucem.*

Prohibendo imperamus per uocem Infinitiui præsentis, ut Non fare, non dire, *more Græcorum, uel subintelligitur uerbum* Piacciati.

„ *Deh non rinnouellar quel, che n'ancide:*

Non

„ Non seguir più pensier vano, fallace.

Et cum habet significationem Hortandi (quamuis etiam hoc ipsum in alijs significationibus inueniatur) iungi secum a tergo Enclitice particulas Pronominis. MI, TI, SI, VI, CI, NE, LI, GLI. *mihi,tibi,sibi,vobis,nobis,illis, uel in casu Accusandi.*

„ Piacciaui porre giù gli odij, e gli sdegni.
Credimi, *id est*, credi a me. Facciasi honore, *id est*, Faccia a se. Renditi certo, *id est*, Rendi a te. Vengane chi vuole, *id est*, Venga a questo, *vel* a noi chi vuole.

„ All'hor Virgilio, disse, dilli tosto.

id est, di a lui. Dicci, *id est*, di a noi. Vedigli, *id est*, vedi quegli. *in casu Accusandi.*

„ Dimmi chi se' e s'io non ti disbrigo.
id est; di a me, *geminata consonante affixi in Monosyllabis, ut vidimus.*

De Secunda Persona Præsentis Imperatiui.

Secunda vox Præsentis singularis in prima Coniugatione eadē est quæ tertia singularis præsentis Indicatiui. Vnde in prima Coniugatione habet A *finalē. In cæteris, quæ ipsā similē habēt secunda præsentis Indicatiui habet* I. *excipe* Sappi, Habbi. *quæ, etsi ex eadē uoce ductæ sunt, tamē geminas consonātes* PP, *&* BB *ante finalem ponunt, ut* Hai, Habbi, Sai. Sappi. *quibus addi etiam potest* A, *ut* Habbia, Sappia, *ita etiam* Debbia. *Præterea a* Vuoi *fit* vogli, *vel* voglia: *a* Suoli sogli, *vel* soglia: *a* Sei *fit* sij, *vel* sia: *& denique a* Puoi *fit* possi, *vel* possa. Soffera, *vel*

soffra *poetice excipitur in verbis Quartæ Coniugationis: nam si est prima, ut quidam uolunt, habet suam legitimam terminationem, quæ est in* A. *Deletur frequenter finalis* I, *ut* Vien *pro* Vieni, *uel sequatur uocalis, uel consonans.*

„ *VIEN à veder la tua Roma, che piagne.*
„ *Vien crudel VIENI, e uedi la pressura.*

„ Poni *onc'l Sol ancide i fiori, e l'herba.*

pro Poni me. *Deletur etiam aliquando ultima syllaba, ut* Co *pro* Cogli. Acco, *uel* Racco, *pro* Accogli, & Raccogli. Accolo *inquit noto uersu Dantes pro* Accoglilo *ita* Ve *pro* Vedi, & To *pro* Togli, *quod etiam est* Toi, *uel* Te. Guarti *pro* Guardati *cum affixo Pronomine* TI.

De eadem Persona, cum est modus Prohibendi.

AD *Græcorum imitationem uox Infinitiui Præsentis exprimit hanc ipsam* Imperatiui *cum particula negandi, cum prohibemus, ut* Non fare, non dire.

„ *Non seguir più pensier vano, fallace.*

Idem facimus deprecantes, & orantes.

„ *Non mi lasciar in su l'estremo passo,*
„ *Non guardar me, ma chi degnò crearme.*

De Tertia Imperatiui Præsentis sing.

TErtia *in Prima Coniugatione eandem habet terminationem, quam secunda persona cæterarum Coniugationũ, quę tertiam habent*

habent similem secundo personæ Coniugationis primæ.
Ama Ami. Leggi Legga.

De Vocibus Pluralis numeri Imperatiui Præsentis.

E*Asdem habet uoces, quas Pluralis numerus Indicatiui Præsentis, præterquam in persona tertia, ubi uocalis penultima uertitur in* I,*ut* Amano Amino,Leggono,Legghino.*Maiores in alijs Coniug. præter primam, uertebant non in* I,*sed in* A, *ut* Leggono,Leggano,odono odano:*sed usu receptum non est.familiarius dicimus* odino. *Ita in secunda persona excipiuntur* Sappiate *à tertia sui singularis addita* TE, *non à secunda pluralis Indicatiui Præsentis* Sapete. *item* Habbiate *à tertia* Habbia,*non à secunda* Hauete,*ita* Debbiate,Vogliate.

„ *VOGLIATE porre giù gli odij, e gli sdegni.*

Sogliate,Possiate. *Ita in tertia persona habent quædam* I *ante* A,*ut* Veggiano,Debbiano, Facciano, Diano, Stiano, *quæ & * Dieno,*&* Stieno *familiarius dicuntur.*

DE FVTVRO IMPERATIVI.

N*Ihil discrepat a Futuro Indicatiui expuncta prima uoce singularis numeri.*

DE MODO OPTANDI.

PTANDI *modus, qui & Imprecandi est & Execrandi in Futuro, similes habet omnium tẽporum voces Subiunctiuo, qui familiarissimus est in sermone, quia sub conditione aliqua dicitur, & subiicitur ferè semper Indicatiuis temporibus in quauis clausula. Verumtamen nos præmittere voluimus Optandi modum Subiunctiuo, & temporum communium utrique Formationem in hoc ipso modo potius aperire, quàm in Subiunctiuo, imitati aliorum Grammaticorum consuetudinem, qui & Græce, & Latine Optandi modum præposuerunt Subiunctiuo.*

De Præsenti Optatiui.

P*Rima persona huius temporis in maiori numero (præter Substantiuum uerbum* Fossi) *est à secunda pluralis Indicatiui præsentis versa* TE *in* SI *geminata* S, *& uersa* A *in* E *in monosyllabis* Do, Sto, *&* Fo, *ut* Amare amassi, Insegnate insegnassi, Leggete leggessi, Vdite vdissi, Date dessi, State stessi, Fate fessi, *& per Epenthesin interiecta syllaba* ce Facessi. *neque enim est* Fessi *per syncopen, ut quidam crediderunt. Huic Homophona est secunda, cui subtrahitur finalis syllaba in affixione Pronominis* TV, *ut* Fostu, Volestu, *unde formatur Tertia mutata* I *finali in* E, *ut* Amasse. *quamuis poetice similis etiam sit prima* Amassi *pro* Amasse: *& prima sit similis Tertia, ut* Amasse *pro* Amassi: *sed Homoeoteleuta metrorum eius rei causa sunt, ut aliarum multarum uariationum: inde* Venesse *est pro* Venisse, Percusse *pro* Percosse, Fusse *pro* Fosse.

In maiori numero Prima formatur a sua singulari addita Mo,*ut* Amassi amassimo.*Secunda item formatur a sua singulari mutata* S I *in* T E, *ut* Amassi amasste:*& est Homophona Secunda Aoristi primi Indicatiui maioris numeri. Tertia a sua singulari descendit addita syllaba* NO *à tergo. ut* Amasse amasseno,*uel* RO,*ut* Amassero,*quod est frequentius, nec desunt qui finalem* E *singularis uertunt in* O,*& addita* NO *(ut diximus) forment* Amassono.*Vsitatius autem est uersa* M *consonanti ultima prima uocis pluralis in* N,*ut* Amassimo amassino*: atque ita receptum est usu,& ita loquimur, idem est hoc tempus in præsenti Subiunctiui,ut antea vidimus in coniugationibus.*

De Præterito Imperfecto Optatiui.

A *Secunda singularis Futuri Indicatiui uersa uocali penultima in* E *fit hoc tempus,ut* Amerai amerei,Vedrai vedrei,Leggerai leggerei,Vdirai vdirei. *atque inter utranque uocalem finalem interiectis* S *&* T *fit secunda persona* Ameresti, Vedresti,leggeresti,vdiresti:*indeque uersa finali syllaba in* BE *geminata consonanti* B *fit* Amerebbe, vedrebbe, leggerebbe,vdirebbe. *In maiori numero a prima sui singularis reiecta finali* I, *& (ad imitationem Latinæ terminationis) addita syllaba* M O *cum consonante geminata fit prima persona* Vdirei vdiremmo, *item à secunda singularis formatur secunda plurali* I *uersa in* E Ameresti amereste. *pariterque à tertia singulari formatur tertia pluralis addita* RO Amerebbe amerebbero.*uel finali* E *uersa in* O,*& addita syllaba* NO, *ut* Amerebbono. *Alia ratio flectendi hoc tempus quatuor tantum uoces habet primas, & tertias,uidelicet* Ameria io, Ameria quello,*in singulari &* Ameriamo *apud Poetas atque id raro, &* Ameriano *in plurali. & A in E uersa* Amerieno. *cum Accentu in pen. inde* Saria, potria, vorria *pro* Sarei, vorrei, potrei, Poria *poetice nimium & apud Petrar. & per Apocopen etiam in soluta oratione, ut* Sare' *pro* Sarei,*uel* Sarebbe,Potre' *pro* Potrei,*vel* Potrebbe, *& affixo Pronomine* T V Potrestu *pro* Potresti tu.

R 4 *Est*

Est autem Imperfectum tempus: quia etsi non actu: tamẽ animo & cogitatione ac uoluntate ad id agendum uehementer incẽsa, inchoatum opus significamus, Latinis in hac re longe feliciores, qui hoc tempus à superiori seiunctum suis cum uocibus habemus. Idemque fungitur officio Subiunctiui, & Potentialis etiam modi, ut Che farei io? *id est,* Che potrei io fare? *idemque est, ac si dicas:* Non potrei far nulla. *id enim ualet interrogatio illa affirmatiua. Patitur Synaeresis in uerbis in* ERO, *ut in eorum futuro reiecta E media, ut* Compererò comperrò. Comperrei, *uel* Compererei, Saperrò, *uel* saprò: *ta* Saperrei, *uel* saprei.

De Futuro Optatiui.

A *Prima Indicatiui praesẽtis uersa* O *finali in* I *in prima Cõiugatione (caetera habent* A) *descẽdit prima Futuri Optatiui, ut* Amo, Ami. *A qua formatione excipiuntur finita in* Io, *quae finali remota formant hanc vocem, ut* Spaccio spacci. Procaccio procacci. *Quaedam quae imminuuntur hac vna uocali, etiam vertunt illam in* A: *ut* voglio vogli, *uel* voglia, *& similia habentia* I. *ante* Io, *ita &* Muoio *habet* Muoi, *uel* Muoia. *At verba Coniugationis primae habentia* R, *aut* T, *aut* V *ante* Io *nihil imminuunt: sed uersa* O *in* I, *ut exigit formatio huius tẽporis faciunt hanc uocem*, Vario varij, Stratio stratij, Disuio disuij. *Atque haec omnia seruant eandem finalem in omnibus vocibus singularis numeri,* Ami io, Ami tu, Ami quello. Voglio io, Vogli tu, Vogli quello. Stratii io, stratii tu, stratii quello. *Quae habent* A, *vertunt illam in* I *in secunda persona, & seruant in tertia, ut* Voglia io, Vogli tu, Voglia quello. *Ad finalem hanc vocalem addunt aspirationẽ illa verba, quae iu praesenti Indicatiuo exeũt in* CO *uel in* GO, *ut* Dico Dichi, Priego Prieghi. *Horũ* Dico *promiscue exit in* A *vel in* I, *ut* Dica *uel* Dichi, *quae faciunt etiã habẽtia consonantẽ ante* G, *ut* Giungo Giũga, *uel* Giunghi: *quã reijcere potest* Veggo *per duplex* G G, *ut* Vegga, *quod &* Veggia, *sed a uerbo* Veggio. *Propriã quandam habent formationem haec* Sia *à uerbo* Sono. *quod in secũda habet eãdẽ uocem*,

vocem,uel Sii,*uel* Sic,*& in tertia* Sia,*uel* ſic. *Pariter à Monoſyllabis,* DO,STO,FO,SO,HO, *Nam dicitur* Stia io , *uel* Stea, ſtia tu,*uel* Stij,*uel* Stea,ſtia quello,*uel* Stea:*ita* Dia io, *uel* Dea; Dia tu *uel* Dij, *uel* Dei, Dia quello , *uel* Dea *pariter* Habbia io *(perinde ac uerbum præſens ſit* Habbio)Habbia tu,*uel* Habbi Habbia quello. *&* Sappia io, (*tanquam à uerbo* Sappio) ſappia,*uel* Sappi tu, ſappia quello. *item* Faccia io *(ut pote ab antiquo uerbo* Faccio)*uel* Facci , Faccia tu, *uel* Facci, Faccia, *uel* Facci quello, Haia *pro* Habbia *apud Dantem, &* Haggia *eleganter apud Petrarcham ſæpius. In Metro obſeruabis propter ſimiliter deſinentes uoces, & Homoeoteleuta ſecundam huius numeri finitam eſſe in* E , *præcipue in uerbis finitis in* Io, *ut* Inuidie.*ita &* Poſſe *pro* poſſi, Solue *pro* ſolui , Diche *pro* dichi, *& eiuſmodi.*

De Numero Multitudinis Fut. Optatiui.

A *Prima ſingularis habebis primam pluralis, additis ſyllabis* A M O *in prima Coniugatione,ut* Ami Amiamo , *& uerſo* I *in* A , *& addita* M O *ubi geminata fuerit ea uocalis , ut* Stratii Strati amo . *Quod ſi in Prima finalis fuerit A additur ad eam uocalem littera* I,*niſi prius per ſe ibi fuerit,ut* Veggia, *& appoſita* MO *formatur prima pluralis.* Veggiamo. Legga *præpoſita* I *& addita* MO *fit* Leggiamo . *atque ita ſimilis eſt in uoce prima Indicatiui præſentis pluralis . unde non omnino increpandi ſunt, qui ex conſuetudine vulgi Indicatiuum pronuntiant per litteram* N. *ut* Amiano *ſit præſentis Indicatiui , &* Amiamo *ſit Futuri Optatiui,ſed aliorum ſit iudicium : Porrò in uerbo* odo , *in formatione huius temporis prima , & ſecunda pluralis conuertunt* O *initialem in* V.*ut differat à uerbo* odio,*unde* Vdiamo, vdiate,*illud uero* odiamo odiate . *eſt enim ſecunda à prima , uerſa* MO *in* TE,*ut* Leggiamo , Leggiate . *Denique tertia pluralis, à tertia ſingulari ducitur addita* NO,*ut* Faccia, Facciano(*aut uerſa* A *in* E.*ut* Sia ſieno , Diano dieno, *quæ ſola ſunt*) Veggia Veggiano,*uel* vegghino *à* vegghi,*ut in præſ.Imperatiuo, cuius*

habet

habet etiam significationes, Imprecandi, scilicet, & Monendi, & Hortandi. atque hoc tempus inseruit etiam Subiunctiuo pro Prosenti, ut uidimus.

Reliqua tempora supplentur per uerbum Habeo, & Sum, Ho & Sono *ut in alijs modis, & communia sunt Subiunctiuo: cuius futurum suppletur ex Participio, &* Futuro *uerbi Habeo* Ho, *aut sum* Sono. *ut* Harò amato, Sarò andato. *cui sæpius additur futurum secundum ad Græcorum imitationem, qui Paulo post futurum id tempus appellãt. ut supra in declinatione Passiuorũ docuimus, quod in uoce est simile Indicatiuo, sed vt illud indefinitam, ita hoc finitam temporis, quo res agenda est, significationem ostendit. nam dicimus* Quando io sarò venuto, io darò ordine di quel si ha a fare. *uel subijcitur Indicatiui futuro ad eundem modum, ut* Quando io harò danari, io ti pagherò. *vide igitur in primo non definiri tempus quando habiturus sit argentum: at in secundo id ipsum planum iam esse tunc, scilicet futurum statim esse: & cum habuerit argentum, tunc soluturum. uox eadem est, tempora autem diuersa.*

DE MODO INFINITO.

INFINITIVI *Præsentis uox a tertia, & in Quarta Coniugatione, à secunda singularis Præsentis Indicatiui deducitur addita* RE. *ut* Ama amare, Legge, leggere, Senti sentire, *nulla facta mutatione, præterquam in uerbo* Odo, *ut* Odi *uersa* o *initiali in* V Vdire. *ducitur que à secunda, ut diximus, quamuis Dantes aliquando a tertia* Dice *formarit* Dicere *pro* Dire, *quod est a secunda præsentis* Tu Di.

„ *Com'io voleua* DICER *tu m'appaghe.*

At Petrar.

„ *Volea* DIR'*io, Signor mio se tu vinci.*

Per

Per Apocopen expuncta finali R *sæpius.*

„ *Che'l tempo, che n'e imposto,*
„ *Più vtilmente compartir conuiene.*

Migrat apud nos in nomen, ut apud Græcos, & omnes casus oc cupat, & Articulos virili generis sibi præmittit, & ad omnes constructionis modos cum uerbis, & nominibus in oratione locatur.

„ *Veggio la fuga del mio uiuer presta,*
„ *Anzi di tutti: e nel fuggir del Sole*
„ *La rouina del mondo manifesta.*

Vide uoces has viuer *esse Obliquum primum, cum quo concordat* Mio & Fuggir *Quartum, unde regitur generandi casus* Sole.

„ *E vedra'l vaneggiar di questi illustri.*

Hic habes il vaneggiar *pro tertio Obliquo: cum casu generandi a tergo, ut substantiuum.*

„ *Hor a voi, quando il uiuer più diletta*
„ *Drizzo'l mio corso,*

vide Il viuer *casu nominandi positum esse, ut*

„ *O ciechi, il tanto affaticar che gioua?*

Præterea uide Adiectiuum, & Possessiuum cum infinito, tãquam cum Substantiuo in constructione locatum.

„ *Del suo bel viuer gia cogliendo i frutti.*

Ita

Ita etiam à Præpositionibus, ut Græci faciunt, quod Latini per Gerundia, & Supina exprimunt.

,, *Non già per odio, ma* P E R *dimostrarsi*
,, *Più chiaramente nelle cose eccelse.*

Item ab eadem Præpositione P E R *Latine propter*

,, *Lo spirto* P E R *partir di quel bel seno.*
,, *Infin che giunga*
,, P E R *léuarti di terra l'vltima hora.*

Per fare, per dire, A leggere, a studiare, Da leggere, da studiare, *& sexcenta alia, quæ Græcam hanc loquendi consuetudinem Latinis non concessam ostendunt. non enim patitur illorum constructio, qui hoc loco vtuntur Gerundijs, & Supinis, hos modos* Propter *facere, propter dicere: quod nobis frequentissimum est; non solum in hoc Tempore, sed in alijs etiam quæ in Coniugationibus verborum supra ostendimus in hoc Modo inueniri.*

DE VERBIS PASSIVIS.

VPERIORI *libro abunde explicauimus rationem omnem horum verborum. Quamobrem nihil aliud dicendum superest, nisi ut moneamus dedita opera posuisse nos Indefinitum secũdum Indicatiuum in Passiuis, quod negari uideo a quibusdam affirmantibus Participiũ* Stato *non coniungi cum uoce* Fui: *quod cum ponatur cum alijs vocibus eiusdem uerbi* Sono *: ut* Sono stato amato, era stato amato, *non video quare non possit cum uoce* Fui *coniungi, quæ cum Participio respondet actiuæ uoci* Hebbi *: sicuti* Ero stato *respondet uoci* Haueuo *&* sono stato *respondet uoci* Ho, *& dicitur*

actiue Haueuo amato,*passiue* Ero stato amato.*item* Ho āmato *actiue*, Sono stato amato *passiue*. *Cum uero dicāt* Fui amato *æquipollere (vt ita loquar) tempori* Io hebbi amato *longe falluntur, habet enim uox* Fui *hanc vim, ut ponatur quidem pro* Hebbi *in Neutris. ut* Quando io Fui venuto, *non* Quando io hebbi venuto. *At passiue ponitur pro simplici uoce Aoristi primi, ut* Amai, Fui amato. *Ergo si pro Aoristo secundo (cuius uox actiue est duplex* Hebbi amato *) poni debet, cum Participio suo iungatur oportet, iuxta quod subsequatur Participium passiuum uerbi, quod coniugatur, ut in alijs* Ho amato, *&* Haueuo amato, *&* Harò amato, *quę uoces* Ho, Haueuo. *&* Harò, *cum actiue positę essent simul cum Participio passiuę uocis, cuius auxilio, (ut millies iam docuimus) illud tempus explerent actiue : cum alio etiam, quod est* Stato *iungi necesse erat passiue : neque enim in Participio uerbi declinati, sed in Participio* Stato *est passiua vis horum temporum, aliàs à Neutris nihil differrent.* Io ero andato, Io sarò andato, Io sono andato: *sed passiue,* Io ero stato chiamato, Io sarò stato veduto, Io sono stato accompagnato. *Passiuam enim significationem repręsentat uerbum* Sono, *tantūmodo in ijs temporibus, quæ non supplentur actiue per uerbum* Ho. *unde necesse est accipiat in ijs, quę supplentur, hanc uocem* Stato, *quę passiuam significationem habet, & per quam Neutra huiusmodi tempora differunt à Passiuis cum non dicatur* Io sono stato andato, *sed* Io sono andato. *Veruntamen aliorum sit iudicium, ego quid sentirem aperui. Qui melius dicere aliquid possunt, in medium proferant : manus dare non grauabimur.*

DE PARTICVLIS AFFIXIS VERBO.

VPEREST nūc, vt, quod proprium, ac peculiare est nostri Idiomatis aperiamus. Cum enim Græci in vocibus iungendis feliciores alijs esse liquido cognoscantur, vtpote qui vna, eaque ex multis coniuncta voce elegantissime multa explicant, vt exempli gratia, cū ostendere volunt, cuius rei desiderio quis teneatur, quam vehementer amet, iuncta illa voce cum dictione Philos, quæ apud illos valet Amicus, id ipsum innumeris vocabulis exprimunt, quot sunt numero res, quæ expetuntur: Vnde sapientiæ amatorem Philosophum, elegantiæ Philocalon, honoris Philotimon, equorum Philippon, canum Philotynon appellant, & sic de singulis, Nos vero longe illis in hoc ipso artificio feliciores, verba cum suis casibus a tergo positis simul commiscentes vnam, eandemque uocem facimus, quæ & auribus iucunda apprime est, & suauis, & in pronunciatione ipsa mollior, longeque facilior, quam si se iuncta suisque casibus, locisque posita uoces pronunciarentur.

Sunt autem hæc affixa primum Articuli subiunctiui.
- LO, *illum uel id*, GLI *illos uel illis.*
- LA, *illam* LE *illas, uel illis.* *Dat. sing. fœm.*

Postea uero particulæ Pronominum.
- MI *mihi* — ME
- TI *tibi* — TE
- SI *sibi vel* — SE
- CI *nobis* — CE
- VI *vobis* — VE
- NE *nobis.*

& Ad-

& Aduerbia { C I *huc vel ic.* / V I *illuc vel illic.* } *uel* { C E / V E }

Cum Articulo, & Pronomine simul affixis passim reperies uerba frequentissime autem cum altero horum. At Pronominum uoces si iuncta cum Articulo vltimum locum habeant, aut sola absque Articulo positas fuerunt exeunt in I. *Secus autem in* E. *& affixi consonans (* G *excepta) geminatur in vocibus uerborum Monosyllabis, aut acutis non contractis, ut* Pigliàm *pro* Pigliàmo. *Denique* G L I *si primum locum occupari addit* E *per Paragogen & fit Glie, ut paulo ante in Articulis diximus, atque affixa hac omnia carent Accentu, ut Latinorum Enclitica coniunctiones: sed ad exempla accedamus.*

Primo in simplici affixo Piaccemi *pro* Piace a me *placet mihi: & cum Articulo,* Dillomi *pro* Di quella tal cosa a me, *dicas id mihi, uel inuerso ordine* Dimmelo *dic mihi id*: *præsertim si plurisyllabum fuerit uerbum, & Paroxytonum, ut* Portamelo *non* Portalomi, *quod in Oxytona uoce rectius diceretur, ut* Portollomi *pro* Portò quella tal cosa à me. *Eadem hæc affixa collocari possunt, sed seiuncta, ante uerbum uario etiam ordine, sicut a tergo, ut* Lo mi portò, *id mihi attulit. uel inuerso ordine* Me lo porto *mihi id attulit. uide Pronomen mutata sede mutare terminationem, ut ex* M I *fiat* M E. Dirolloti, *id est,* Dirò tal cosa à te, *dicam id tibi: vel inuerso ordine* Dirottelo *dicam tibi, id est,* Dirò a te tal cosa. *& a fronte,* Lo ti dirò, *uel* Te lo dirò *tibi id dicam: mutata terminatione Pronominis cum collocatione, ut a tergo.* Dirolti *pro* Dirolloti *per syncopen dicitur.* Fecelosi suo *pro* Fece ciò a se suo, *uindicauit id sibi. inuerte ordinem* Fecefelo suo *uindicauit sibi id. Pone a fronte.* Lo si fece suo, *id sibi vindicauit, uel* Se lo fece suo *sibi id uindicauit.* Fecelsi *per syncopen pro* Fecelosi *uel* Felse.

Ricordianloci l'vno all'altro, *pro* Ricordiamo cio a noi, *vterque reuocemus in mētem id nobis inuerte ordinem (atque id frequen-*

frequentius Ricordiancelo *moneamus nos id. pone à fronte* Lo ci ricordiamo l'vno all'altro *moneamus nos id inuicem : uel (quod in his duobus affixis rectius dicitur)* Ce lo ricordiamo, *nos id moneamus.*

Habbiatelou, *& per syncopen* Habbiatelui *expuncta* o *Articuli pro* Habbiate ciò per voi. *habeatis id vobis. inuerte ordinem* Habbiateuelo, *habeatis uobis id. Atque hac collocatio in his affixis melior est. pone à fronte* Lo vi habbiate *id uobis habentis, seu* Ve lo habbiate *uobis id habeatis, quod rectius dicitur Sunt enim collocationes quadã, quæ nõ satis apte, ac libere cõuertuntur, ut in Articulo Subiunctiuo* LO, *qui si ponatur à fronte nõ ita arridet, ut eius l'sodyna mon* IL *eunde potius dicimus* Il ti dirò, *quam* Lo ti dirò. *pariter* Dio il ti perdoni *potius quam* Lo ti perdoni *hanc enim collocationem solam habet Articulus subiunct.* IL, *qui a tergo nunquam affixi locum subire potest.*

Auuertitelone *mone te illum id, pro* Auuertite quello di ciò. *Inuerte ordinem (atque hoc frequentissimũ)* Auuertitenelo *monete eam rem illum pone à fronte* Lo ne auuertite, *non satis vsitate dicetur, ut* Ne lo auuertite, *quod frequẽter in usu est.* Ne lo auuertì più volte, *eam rem sæpius hominem monuit.* Fallone auuertito, *sed potius* Fannelo auuertito.

Trouastiloci tu, *aliquando legisse me memini in hac collocatione, &* Trouasticelo, *inuerso ordine, sæpius pro* Trouasti qui quello? *inuenisti hic illum? & à fronte* Lo ci trouai, *illũ hic inueni, sed frequentius* Ce lo trouai *hic eum, uel id inueni. nã* LO *habet intellectum generis Neutri, si ad eiusmodi antecedens, aut ad clausulam respondeat, ut supra dictum est.*

Mandailoui *misi hominẽ illuc. pro* Mandai quello colà. *Inuerte ordinẽ* Mandaiuelo, *atq; hæc melior collocatio. Et a frõte* Lo vi mandai, *illum eò misi, uel* Ve lo mandai, *eò illum misi. Sunt enim* CI, *&* VI *Aduerbia loci motũ aut statũ significãtia, & particulæ Relatiuæ, primæ, & secũdæ personæ, ut supra uidimus, & ex sensu ipso clausulæ cognoscitur, ut* Mandauici, *mitte illuc nos.* VI, *est Aduerbiũ motus ad locum, &* CI *est Pronomẽ. at cõtra.* Mandouici io? *mitto ne uos illuc?* VI *est Pronomẽ, &* CI *Aduerbiũ motus ad locum. Atque hæc Aduerbia sæpius cum Passiuis ponuntur, & à fronte. & à tergo, ut* Facciauisi vn letto *sternatur ibi lectus. & à fronte* Vi si faccia : Lauoracisi assai, *struct*

opus

opus hic uehementer. à fronte Ci si lauora, *uel* Si ci lauora. *Et cum Articulis.*

Trasseloui la fama. *Compulit illum eò rumor, inuerte ordinem* Trasseuelo. *à fronte non ponitur in primo loco Articulus nisi capiatur* IL *pro* Lo, *ut* Il vi trasse, *seu inuerso ordine* Ve lo trasse.

Manderouuiti *mittam illuc te: non inuertitur. & à fronte* Vi ti manderò, *eò te mittam.*

Lascierouniti, *relinquam te ibi. non conuertitur, & à fronte,* Vi ti lascierò. VI, SI *Articulo præfertur, mutat* I *in* E: *ut* Videuelo, *&* Ve lo vidè *seu* Iui il vide.

Rallegrateuene, *exhilarate uos ipsos ea de re.* VE *est Relatiuum personæ, & rectus casus copulatiue.* Ne *est Relatiuum substantiæ non inuertitur ea collocatio. ponitur etiam eodem modo à fronte, ut* ve ne rallegrate.

Andateuene *abite uos hinc. affixum illud* Ne *Aduerbium est loci, & ualet Hinc* Di questo luogo.

Andremocene, *uel per syncopen* Andrencene, *discedemus ipsi hinc. at Relatiua ambo* Ridiamocene, *risus excitemus ipsi ea de re. uel per syncopen* Ridiancene, *non inuertitur. à fronte erit* ce ne ridiamo.

Daremocene, CE, *id est,* A noi, NE, *id est,* Delle percosse *mutuis uerberibus afficiemur.*

Portargliela, *affer illi eam rem. inuerte* Portalagli, *affer eam rem illi: a fronte,* Tu glie la porta, *illi eam affer.*

Dicieglielo, *dicit ei id à fronte* Glie lo dice, *illi id dicit.*

Diedigliela, Diedilagli, *& à fronte* Glie la diedi, *&* La gli diedi.

Manderogliele, *& à fronte*, Glie le manderò.

Dille, *dic ei, & à fronte* Le di, *ei dic, uel* Dille, *dic ei, uel dic eas res: est enim* Le *accusandi casus multitudinem numeri supra erat Dandi casus, numeri minoris.*

Dattegli tutto, *trade te ei totum, inuerte ordinem* Dagliti tutto *& à fronte* Te gli da tutto, *uel* Gli ti da tutto.

Donommegli, *dono dedit mihi illos, uel* Donoglimi: *à fronte* Me gli donò, *vulgo dicitur, uel* Gli mi donò.

Gittossegli a' piedi, *accidit ipsi ad pedes: inuerte collocationem erit elegantius* Gittoglisi a' piedi. *a fronte.* Se gli git-

tò a' piedi, *rectius* Gli si gittò. *item.*

Recaglici, *affer illos nobis: & inuerso ordine* Recaccgli. *à fronte* Gli ci reca *illos nobis affer. estque id elegantius, uel* ce gli reca, *quod frequentissimum est.*

Mandogliui *mitto illos ad uos: inuerso ordine sæpius* Mandouegli, *à fronte* Ve gli mando, *vel* Gli vi mando.

Hogliene grado, *gratiam habeo illi eius rei. Inuerte ordinem* Honnegli grado, *à fronte* Glie ne ho grado, *vel* Ne gli hò grado, *& denique sexcenta alia, quorum finis nullus esset Affixa simplicia Pronominum habent duos casus Dandi, scilicet & Accusandi: Accusandi in uerbis non transitiuis (vt diximus in declinatione uerborum) uel respondent Intransitiue ad rectum, ut* Rallegromi, Dolgomi, *ipsemet lætor, & queror, uel à fronte* Mi dolgo, e Mi rallegro, *uel sunt casus patientis personæ, ut* Ammazzami *occidito me. & à fronte* Tu mi ammazza.

In casu dandi

Recami, *affer mihi,* Mi reca, *mihi affer.*

Ti, *intransitiue* Fuggiti, *tu ipse fugias: & patientis personæ.*

Domandâmoti, *rogauimùs te, à fronte* Ti domandammo.

In casu dandi.

Venimmoti incontra, *obuiam processimus tibi, vel* Ti venimmo incontra.

Si *reciproce,* sdegnasi per poco, *leniuscula de re irascitur, vel* si sdegna.

In casu Accusandi.

Mostrasi allegro, *lætum se ostendit, uel si* Mostra allegro.

In casu Dandi

Fecesi la strada, *muniuit sibi iter: uel* si fece la strada.

Ci *in casu Accusandi patientis personæ.*

Honoraci *honorat nos, uel* ci honora.

In casu Dandi

Donaci, *donat nobis. uel* Ci dona. *Et significat aut statum in loco, cum est Aduerbium, vt*

Stetteci, *fuit hic, aut motum ad locum, ut* Vêneci *venit huc, aut motum per locum, ut* Passaci, *hac iter facit, uel* Ci passa. Vi *intransitiue, ut* Adirateui *Irascimini, &* Vi adirate. *In casu Accusandi patientis.*

Pregaronui, *rogarunt uos, seu* Vi pregarono. *In casu Dandi*

Recarouui, *attulerunt nobis, seu* Vi recarono, *& per syncopē* Recarui, Pregarui, *pro* Recaronui *&* Pregaronui. NE *patientis accusatiui* Amatene, *Amate nos, uel* Voi ne amate, *nos ipsi amate nos. In casu Præpositionum* Faretene festa, *ex hac re letitiam agitabitis; uel* Ne farete festa. *& motum de loco cū est Aduerbium,* Vanne *abi hinc. uel* Ne va *hinc abi.* Andatene a casa *ite hinc domum. sæpius cū Pronomine reciproco,* Andateuene, Vattene, Vansene *pro* Vannosene: *sed hæc dixisse sat est. Cū affixis tribus ad summū inuenio posita esse verba, ut* Portauasenelo. SE. *i.* seco, *vel* adosso, NE. *i.* Di quel luogo, Lo, *id est,* Quello *secum inde illum asportabat. Et aliquando reguntur non à uerbo* Cui *affixa sunt sed à sequenti, ut* Fecinelo auisare da altri, *curaui de ea re ipsum moneri ab alijs.* Lo *est persona patiens uerbi infinitiui* Auuisare, *&* NE *& casus materiæ uerbi eiusdem; idest,* Feci che altri auuisassero quello di tal cosa.

Postremo. illud est animaduertendum has collocationes affixorū, quas posui, nihil inter se differre nisi ordine, ut uidimus, ac Proprietate *orationis. Nā Articulos præponere* Pronominibus *phrasis est peculiaris ac propria Florentinorum: contrariam uerò collocationē* I *talis omnibus esse cōmunem, unde, quod tunc dicebam* La mi, Lo ti, Il ti, Il gli, Lo mi, Lo si, Il vi, Si ci, Gli ci, *& alia his similia apud nostros Auctores dicuntur, quæ alij* Te lo, Me lo, Se lo, Ve lo, Li si, Ce gli. *& huiusmodi alia, in quibus committitur etiam syncope, ut* Sassel *pro* Sasselo, *nos uero,* Sallosi.

Affiguntur autem non solum uerbo, sed Participijs inde ductis, ut Venutosene, Andatosene, Dicendoglielo, Trouatolo, Parlatogli. *& his similia.*

Affigitur etiam uerbis, in quibus antea commissa fuerit Apocope, Pronomen secundæ personæ, sed non, ut superiora, enclytice, & absque Accentu suo, nam tonus uocis cui affigitur ibi potissimum eleuatur, ut Facestu *pro* Facesti tu, Vedestù, Saprestù, Sarestù, Fostù *pro* Fosti tu, Saperresti tu, Saresti tu, Ha tu *pro* Hai tu. *& alia eiusmodi.*

Eadem Apocope est sæpius deleta I *ante alia affixa, ut* Hati *pro* Hai a te. Fati *pro* fai a te, *quibus addimus idem Pronomen à tergo in recto casu, ut* Hati tu tagliato i panni? Fati tu legare i libri? Farane conto *pro* Farain e. Quietami *pro* Quietai me. Leuami *pro* Leuai me. Hami tolto il libro *pro* Hai a me. *Sed de affixis hactenus.*

DE GERVNDIIS ET PARTICIPIIS HIS SIMILIBVS.

ECREVERAM *in hoc loco longiori oratione de Participij, & Gerundij ratione disputare: cum earum partium affinitate tum in uoce, tum in significatione (ut ego quidem arbitror) decepti sint multi, qui de hac re scripserunt. Sed cum altius, quàm opinabar, iam creuisse uideam hoc volumen, statui superioris libri inchoatam disputationem paucis perficere. Has igitur uoces tantopere inter se affines, dico eodem modo inter se differre, quo apud Latinos, & Participia esse cum significant tempus, eiusque amissione Gerundia fieri, officiũ quoddam, & necessitatem significantia. quod uero rarius Gerundia hæc sint, quam Participia his rationibus adducor.*

Primo has uoces finitas in Do *collocatas inuenio in oratione cum sua constructione à fronte, & à tergo, ut in Actiuis ponatur, & agens persona, & patiens: hoc autem Gerundijs Latinis negatum esse quis nescit? non video igitur quare nouas has dicendi rationes excogitare quis debeat cum proprias habeat per Participia, quæ eiusmodi costructionem recipiunt. Dicimus enim in ultimo Obliquo absolute* Afforzando Cesare il campo, sopragiunse Ariouisto, *id est,* Mentre Cesare afforzaua il campo, *ita etiã,* Gouernando Cesare il mondo, non habbiamo paura, *quis non uidet respondere hoc Latinæ locutioni Tenente Cœsare terram? si itaque casus persona à fronte positi fuerint huic uoci, erit Participium, non Gerundium. Si uero absque aliquo casu undique fuerint posita, ut* caminando arriuammo al disegnato luogo, *dici poterunt Gerundia ad instar Latinorum, qui dicunt Defessus sum ambulando: uel si casus sui uerbi à tergo tantum habuerint, ut* Tessendo ghirlandette, *ut Horatius.*

„ *Ne vulgo narres te sudauiße ferendo Carmina.*

Atque

Atque ita, præposita Gerundijs ipsis persona sui verbi, erunt semper Participia,ut Venendo lui,Tornando lei,*veniente illo, redeunte illa: neque enim Latini dicunt veniendo illo, Redeundo illa,quia igitur consentiunt cum Obliquo, quod Gerundijs substantiuis non conceditur, proprium autem est Participiorum, vt Græci etiam Ondos anancan* sendo necessario, *iccirco Participia esse dicimus, vt*

„*Facendomi profitto l'altrui male.*

Secundo cum hæc dictio finita in Do *sit temporis præsentis,atque iccirco respondeat Participio Græcorum terminato in* ON, *cumque ij eiusmodi Participio vtantur passim, ac frequentissime in eadem significatione cum uerbis, in qua nos utimur hac voce de qua disputamus: quia nos eas locutiones ad vnguem exprimere cotidie consueuimus, atque etiam apud bonos Auctores passim occurrunt,Non video quare Gerundia potius,quam Participia,ut sunt,debeant appellari.Isocrates de Hipponico loquens in oratione prima his uerbis utitur*, Peroche egli non hauendo a vile la virtù, ne dandosi all'otio consumò la sua vita: *& paulo post:* La primiera cosa adunque habbia in riuerentia gli Dei,non solo sacrificando, ma ancora i giuramenti osseruãdo, *atque hæc omnia exprimuntur apud hunc Auctorem per Participium præsens,quod cum recto eorum uerborum apte conueniat, vt sæpe etiam apud Latinos.Sed tamen nostra legens, utere de rebus ipsis tuo iudicio inquit ad M.filiũ Cicero,id est,* Tu con tutto questo leggendo le cose nostre, ti gouernerai pure intorno alle materie col tuo giuditio, *quis enim ignorat ex duobus uerbis alterum fieri Participium, & remoueri copulatiuam particulam. & regi in recto casu a uerbo quod relictum est? unde* Leggendo ti gouernerai, *idem est, ac si dicas tu* Leggerai,e ti gouernerai, *&c. ut*

„*S'apparecchiaua con maggiore sforzo,*
„*E riprendeua vn più spedito volo.*

Dici poterat, per Participium s'apparecchiaua riprendendo,*&c. remota particula* E *copulatiua Planum est itaque Ciceronem non potuisse dicere per Gerundiũ, quia tẽpus significare uo*

luit,non causam quare uti deberet suo iudicio filius, dũ tamen ea legeret:quæ causa in Parenthesi illa (vtrique enim &c.) apprime declaratur.Sunt enim apta ad causas aperiendas Gerundia,iccirco idem paulo infra vsus est Gerundio,quamuis Adiectiuo, ut filio aperiret causam plenioris orationis, quam erat facturus, legẽdis videlicet nostris, scilicet propter hanc ipsam lectionem rerum nostrarum,ut cantando *rumpitur anguis,quod Gerundiũ, quãuis passiuum, planum est causam significare, quare anguis rumpatur,quia scilicet excantatur: ut illud etiam Petrarcæ, quod & passiuæ significationis est,& causam formalem significat,*

,, *Che le piaghe altrui*

,. *Gustando affligge più che non conforta.*

Gustando,*id est*, Nell'esser gustato arreca maggiore afflittione,che cõforto,a chi lo gusta. *ita enim hunc locũ interpretor,& si alij subintelligi dicunt uocem* Altri, *ut sit* Gustando altri affligge più le piaghe altrui,*quã quidẽ uocẽ in alijs sane facilius dicemus intelligi,ut* Lagrimando,il cuor si muoue.*i.*Lagrimãdo altri:*hæc concedimus esse Gerundia, quæ causã quamcumque significant,nec præmittunt Obliquum cum quo cõueniãt.*

Tertio cũ frequenter dicamus inter loquendũ, Sendo io andato,sendo io vscito di casa: Hauendo egli scritto, *velim dicatur mihi qua ratione possit fieri, ut Gerundia cũ Participijs iungũtur:quippe cũ* Andato,*&* Amato *sint Participia,quæ etsi Præteriti tẽporis sint,tamẽ cũ præsenti uerbo iungũtur, tãque copulatiua primi casus:nec tamẽ sequitur posse iũgi cum Gerũdio, quia cũ verbis etiã iunguntur,vnde deriuantur Gerundia:nã si iungãtur,necesse erit habeãt à frõte(ut in uerbo antea habebãt) eandẽ personã:at verbo præmittitur rectius casus. Gerundio autẽ nihil præponitur, videas autẽ in his locutionibus præmitti sẽper personã. ergo Participia sint necesse est, quæ iuncta simul expleant tẽpus absolutũ, atque perfectum multo magis quã si esset simplex. ut cum Participio,& uerbo* H o, *aut* Sono *supplebatur tempus, quod desiderabatur in uerbo. Nam si dicas* Cesare combattuto si ritirò ne' luoghi forti *: Participium feceris : sed frigida erit oratio,& amphibolia inerit:adde autem,ut clarior fiat oratio, & tempus perfectum sit.* Hauendo,*eadem erit orationis pars, quæ* combattuto,*quas simul collocare proprium est nostri Idiomatis:*

& di-

& dicetur Hauendo combattuto *in significatione Actiua, propter uocem* Hauendo,*nam passiue esset* Sendo. *Est.n.Participiũ in* To *commune apud nos,ut planum est. Pone autem post Participium casus sui uerbi,non erit necesse ponere* Hauendo, *ut* Pōpeo perduta la giornata se ne fuggi à Tolomeo. *est autẽ ultimus Obliquus, ut Latine Profligato exercitu, Amissa uictoria Pompeius ad Ptolemaum confugit:quod si addideris*. Hauendo *idem erit*.Hauendo perduta la giornata. *Nec mirum uideatur duo Participia continuari in oratione,quippe cum fiat idẽ in uerbo,cum dicimus*. Io sono stato amato *: praterea non molesta sit differentia temporum,huius quidẽ prasentis,alterius uero praeteriti, cũ in uerbo idẽ fiat,*Io ho amato, Ho *per se prasentis*, Amato *uero prateriti,ex quibus unum deinde conflatur tempus* Prateritum Ho amato,*atque ita unum est Participiũ,vt* Deliberato egli venire in ogni modo, si mise in cammino, *uel* Hauendo egli deliberato *&c.Sunt enim hac Participia, ut Deponentalia.* Egli destato,per tutto i versi dalle nimiche squadre circondato si vide : *vel* Sendosi dèstato si vide *&c. Solutus somno. Sunt autem recti casus,contra Gerundiorum naturam,qua in vltimo Obliquo ponuntur*.

Quarto locutiones illa, Io vo pensando,Io vo considerādo, *qua plus quam verbum ipsum significant* Io penso, io considero,*planum faciunt illas uoces non esse Gerũdium,sed Participiũ: nã ut omittã Gracos, qui Participio prasenti in his locutionibus vtũtur : Latini cũ ea è Graco verterũt pari ratione Participiũ nõ Gerundiũ adhibuerunt. adde, quod si per Gerundium Latine dicãtur,praepostere se res haberet: nam Gerundium nostrum verbũ facerent,& uerbũ Gerundium : nec enim dicerent eo cogitando, sed eundo cogito:uel potius eo cogitãs, quia re vera* Pensando *est Participium non Gerundium,quamuis uerbum* Vo *est per metaphoram,& ualet* Seguo,*uel* sono intento a pensare, a cõsiderare,*& similia.Boc.in Lab.* Ma,accioche tutte non si vadano ricercando *&c.id est*, Non stiano occupati in ricercare.

Quinto casus sextus,quo frequenter utimur absolute in hac uoce terminata in Do, Volendo tu imparare, la città tutta si rallegrerà, *indicat eam non esse Gerundium, nam in eam verteretur etiam Latino more, unde Gerundia accepimus vertuntur autem per Participium prasens : ut Cupiente te disciplinam,*

 non

non Te cupiendo disciplinam: quod Participium etiam nostri Poeta aliquando vsurparunt, ut Petrar. Dio permittente, *sed vsu receptum non fuit, potius autem dicimus,* Piacendo a Dio, Permettendolo Iddio. *Denique consentiunt cum rectis casibus uerborum, quod Gerundia non faciunt, ut* Volendo tu sapere, affaticati in imparare. *Tu cupiens labora, &c. At si dicas* Affaticati imparando *tunc est Gerundium quia resoluitur per Verbum institutum.* In imparare, *quod iuniores cognoscentes dicere etiam solent* In imparando *imitati Latinos* In *discendo: ita* Nel fare, nel dire, *uel* In facendo, in dicendo *Gerundia sunt, preter hac Participia erunt omnia.*

Ponuntur Participia in TE *pro uerbo, ut Participia in* DO. *nam dicimus,* Son dolente, *id est,* mi doglio. è maldicente, *id est,* Dice male: *& similia. Praeterea cum affixis locantur, ut uerba praesertim in* TO, SO, *&* DO, *ut* Visse sempre, contentandosi di quello, ch'a Dio piaceua. Fattosi la dota alla vecchiaia, si godeua in vna tranquilla pace. Recatosi a fastidio gli altrui importuni modi, si staua tutto solo.

De verbalibus.

VT Participia. à verbis ducuntur Verbalia nihilo minorem ijs significationem habentia habent enim vim actiuam, & cum Genitiuo patientis construuntur. Masculina addunt ad terminationem Latinam E *uocalem, ut* Amator Amatore: *Foeminina autem uersa* x *finali in* C, *& addita* E *mittunt terminationem, ut Liberatrix* Liberatrice, *ut Bocc. in Lab.*

„ *Vedere adunque doueui, Amore essere una passione*
„ *accecatrice dell'animo, disuiatrice dell'ingegno, in-*
„ *grossatrice, anzi priuatrice della memoria, dissipa-*
„ *trice delle terrene facultadi, guastatrice delle for-*
„ *ze del corpo, nimica della giouinezza, & della vec*
„ *chiezza morte: genitrice de' vitij, habitatrice di*

vacui

„ *vacui petti: Cosa senza ragione, & senza ordine,*
„ *e senza stabilità alcuna; vitio delle menti non sa-*
„ *ne, & sommergitrice dell'humana libertà.*

Pariter habemus à Latinis uerbalia passiuæ significationis mutata terminatione sua I S *in* E, *ut Desiderabilis Desiderabile, ita* Amabile, Domabile, Mirabile.

„ *E paruemi mirabil vanitate.*

Horum tamen quædam relicta terminatione in Bilis exeunt diuerso modo in EVOLE, *ut* Lodeuole, Colpeuole, Biasimeuole, *id est*, Degno di esser lodato, Incolpato, Biasimato. *Promiscue etiam dicitur* Laudabile. *Construuntur autem hæc, & conueniunt, ut Adiectiua, cum Substantiuis. Superiora uero Generandi casum adsciscunt, quemadmodum uidimus. Alia à uerbis ducta uarijs modis in* VRA, *ut* Lettura. ENDA Leggenda. ANDA Viuanda: *Alia in* ANTE, *ut* Sembiante, *in* ENTE, *ut* Maldicente, *in* ENTO, *ut* Portamento, ANZA Nominanza, ENZA Vdienza, IONE Vccisione, AGGIO Messaggio, *& alia eiusmodi, in lexicis aperientur facilius.*

DE

DE CONSTRVCTIONE VERBORVM.

Raefertvr *finitis omnibus verbis apud nos Rectus casus: Actiuis autẽ subijcitur quartus Obliquus. Recti, & huius Obliqui partes agit nonnunquam infinitus simplex, vt* Desidero leggere, tu cerchi guadagnare. *vel infinitus cum casu suo à fronte, qui est casus Accusandi, vt apud Latinos.*

De Construct. Infiniti.

Sed videndum est, postquã in hanc mentionẽ incidimus, quod cum Pronomen aliquod præmittitur Infinitiuo, tanquam agẽs persona ipsius, potest illud Pronomen in quarto casu etiam locari ante finitum verbum, unde infinitus modus regitur, sed versa vocali sua in I M i *&* T i, *vt* Mi vedesti leggere, Ti vidi scriuere, *vel* Sentisti me parlare. Vidi te disputare: *& in plurali* Vi *&* Ci *ante Finitum verbum:* Voi, *&* Noi *ante Infinitum, vt* Vi vedemmo partire, ci vedesti caualcare: *vel* Credemmo voi non poter venire: Dubitaste noi hauerui a mancare *ita in Articulis:* Lo, *&* La *ante verba finita.* Lvi, *&* Lei *ante infinita, vt* Lo vidi correr per le strade. La reputai hauer gran desiderio vederti, *vel* conobbi lui fare a punto, quanto io desiderauo. Intesi lei esser tornata alla sua patria. *In vocibus* Gli, *&* Loro, *obserua* Gli *poni ante finitum verbum, vt* Io Gli ho veduto fare cose grandi. *at* Loro *poni post Infinita verba, & si est agens Infiniti, ut* Io ho veduto far loro cose mirabili. Far loro, *id est, illos facere, & quæ seq. Si fuerint nomina ante Infinitum verbum, vel quauis alia uox (his exceptis, quæ diximus) aut resoluitur Infinitiuus in Indicatiuum præmissa particula Coniunctiua* Che, *vt* I' veggio, che Piero s'inganna: *vel in Subiunctiuum, ut* Io credo, che Antonio intenda, *aut migrare facit personam suam agentem in casum Dandi post Infini-*

finitum, vt Io senti dire a Camillo cose grandi, Io veggo fare ad ogniuno la medesima opera. Fare ad ogniuno, *id est,* che ogniuno fa il simigliante.

Cum recto casu construitur etiam apud nos, sicuti faciunt Latini aliquando: sed longe diuersa ratione. Primo itaque cum regitur à Praepositionibus IN, *vt* in farti ogni seruitio, perdo il tempo PER, *vt* Per volerlo io saluare, ho rouinato me stesso. A, *vt* A Farnelo io capace, ci vuol troppo studio. CON, Con ingegnarmi io di giouarti, ho nociuto a me. SENZA, *vt* Senza considerare il mio pericolo, *quae soluuntur per Participium cum eodem recto à tergo, vt* Non considerando, *non animaduertens: cum eodem recto à tergo construitur, si ponatur cum Articulo pro Nominatiuo, vt* Il credere io troppo alle promesse tue, mi è stato di non picciolo disordine cagione. *Item cum regitur à Praepositione* DA *cum affixo Articulo Subiunctiuo, vt* Queste non sono cose da farle vn'huomo nobile, *id est,* Tali, che vn'huomo nobile le commettessi. Questi son partiti da pigliargli i disperati, *id est,* Che solo qualche disperato gli piglierebbe. Egli non è tempo da andar fuori vn tuo pari, *id est,* Tale che vn tuo pari vada fuori. *Nullum regit casum à fronte, cum eadem est persona Infinitiui verbi, quae est Finiti, ut* Io desidero leggere, *nam* Io desidero, & io leggo, *unde* Io *ad vtrunque refertur. Vel cum post Substantiuū verbum idem significat, quod finitum, ut* Io sono à leggere, *id est,* Io leggo Egli è a desinare. *id est,* Egli desina. *Respondetur autem ad quaestionem vbi, ut* Doue è egli? è a scriuere, è a lauarsi, *& similia status in loco intellectum habentia. ita quae respondent ad quaestionem* QVO, *ut* Oue andrai? à studiare, a vdire la lettione: *& quae respondent ad Quaestionem Vnde, vt* Onde vieni, Da scriuere, da studiare: *& cum a verbo* Ho *pro* Debbo *significat officium, & imperium, quod quis est perfecturus, ut* Ho à leggere, Ho à scriuere, *Latine per Gerundium scribendum est mihi, vel legendum. & post Adiectiua, ut* Buono a mangiare (*actiue, & passiue*) Atto a durar fatica, *& post Substantiua,* Tempo di andarsene. Hora di tornare.

DE

DE CONSTRVCTIONE TRANSITIVORVM.

IHIL *discrepat à constructione Latinorũ Actiua Constructio nostra: quippe quia agentem personam in recto casu, & patientem in tertio Obliquo locamus.*

Cui addimus nonnunquam genitiuum, quem exigunt forensia verba, & his similia, ut Platone accuso Aristotile d'ingratitudine *: & postulandi, ut* Io ti ricerco di poche cose. *Qui casus aliquando ellypticos a substantiuo in casu Accusandi posito regitur, ut* Io ho di molte cose. Chi ha del pane, e del vino trionfa. *Subintelligitur,* copia di pane, e vino.

Addimus, & Datiuum, ut Lo dono a te. *ubi notandum est Datiuum utilitatis Latinorum, apud nos sæpius locari in casu Accusandi cum Præpositione* PER. L'ho comprato per me. Tienlo per te: *tibi habeas, quod & per Datiuum, & Accusatiuum hunc simul aliquando offertur, ut* Tienloti per te.

Addimus, & alterum Accusatiuum, ut Io ti giudico huomo da bene, *qui casus etiam ponitur cum Præpositione* PER, Io lo tengo per huomo da bene. Io l'ho per vno scortese, *& eiusmodi existimationis, & iudicij uerba,*

Addimus & casus materiæ. Tu mi pasci di speranze vane, Tu m'empierai di paura.

Denique addimus Obliquos significantes locum, ut Arrota il ferro alla pietra, *& motum ad locum tacite ad res, uel ad personas, ut* Ti esorto a gli studi. Scrissi a Carlo la risposta, *uel Obliquum præpositionum, ut Latini* A *uel Ab : ut* Io ti libero da la paura. Ottenni la gratia da'l Principe, *& materiæ.* Io non ti ho prouato di cosa alcuna, *& instrumenti.* Ho scritto vna lettera con la tua penna. Ho attinto l'acqua con la secchia.

De

DE CONSTRVCTIONE INTRANSITIVORVM.

NTRANSITIVA *sunt, uel absoluta, uel Localia, & præsertim Substãtiuum uerbum* Sono, *quod ut habet tres significationes, ita tribus modis construitur. Primo enim significat existere: unde aut. simplici recto construitur, ut* Io sono, *quod aliquando ualet* viuo, *si ita construatur: aut cum altero recto adiectiuo sæpius in significatione qualitatis, ut* Cesare fu clemente, e benigno, *aut cum Genitiuo eiusdem significationis, cuius est secundus Nominatiuus, ut* Io non sono di danno, *idem quod* Non sono dannoso. Egli è di buono ingegno, *uel* Ingegnoso: *quod Ellypticos fortasse dicitur, ut sit genitiuus nominis quod subintelligitur, s. persona, ut* Egli è di grande spasso, *pro* Egli è persona di grande spasso: *cui accedit Datiuus:* Io ti farò d'vtile, e d'honore, *uel cum Genitiuo possessiue.* Io sono di quelli che mi amano. Il libro è d'Antonio. *Secundo significat manere in loco, & consistere, unde habet Constructionem statũs in loco, ut* Sono in Fiorenza. *Tertio significat mutationem rerum, & substantiæ in aliam substantiam, & tunc secunda illa Substantia, in quam prima conuerti optat. in Accusatiuo locatur; inde dicimus.* S'io fossi te. Se tu fossi me. Hor fossu vn'altro.

ABSOLVTA *aut cum recto tantum à fronte ponũtur, ut* Io viuo. Il Sole risplẽde, I prati verdeggiano, Gli alberi fioriscono, *uel cum altero recto copulatiue, vt* I viuo allegro. *Aut ponuntur cum recto à fronte, & Datiuo à tergo, ut* Tu piaci a molti: *Aut construuntur cum Obliquo Præpositionũ significante materiam, aut causam efficientem, ut* Abonda di ricchezze, Manca di senno, Impazza di dolore, *quod in Accusatiuum migrat cũ Præpositione* PER, *vt* Impazza per il dolore, Muore di fame; *vel* Per la fame: *aut cũ reciproco Pronomine personæ uerbi* MI, TI, SI, *in minori numero, vel* CI, VI, SI, *in maiori.* Io mirallegro, Tu ti ducli, Quello si dispera, Noi

ci

ci confortiamo, Voi vi contristate, Quelli si rammaricano.

DE IMPERSONALIBVS.

ONSTRVVNTVR *hæc, aut cum Datiuo & Infinito, vt* A te si conuiene studiare, & a me si appartiene ammaestrarti: *vel cum Recto, & reciproco ipsius, & Obliquo primo, ut* Io mi pento de' miei errori, *uel cum Infinito loco Genitiui, ut* Io mi pento d'hauerti mai parlato, *vel clausula, ut* Increscemi non della tua disgratia, ma se tu hauesti mai bene a' tuoi di. *Atque hæc & de orationis partibus, & earum constructione dixisse in præsentia satis esse putaui. Reliqua commodius, quæ præ manibus etiam nunc habeo, si per otium licebit, in lucem dabimus. Interim hæc boni consulite.*

DE LITTERARVM NOTIS, ET DE ORTHOGRAPHIA.

HARACTERES, *& notæ litterarum, quas habemus, à Latinis accepimus, easque numero* XIX. *videlicet*, A. b. c. d. e. f. g. i. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. z.

Secantur in { vocali *vocales* / consonanti *consonantes*.

Vocales eædem sunt, quæ apud Latinos, ita & Consonantes.

De

De Potestate Vocalium.

VOcalis E *crassiori, & denso aliquando spiritu pronuntiatur, ut* Treccia *coma puellarum, aliquando tenui exilique, ut* Feccia *fex.*

O *vocalis duplicem ut* E, *habet sonum densum, & tenuem. Densum, ut* Torre *turris,* Rocca *colus. Tenuem, ut æquiuocis utamur* Torre *eripere, infinitum uerbi* Tolgo. Rocca *arx.*

Non defuere, qui nouos characteres adinuenerint, ut perfectius, ac plenius redderent Alphabetum nostrum: atque ut Græci habẽt omy: crōn, & omega, ita suam vnicuique pronuntiationi notã excogitarunt, sed receptum nõ fuit illorũ studiũ, quin potius explosa illorũ sententia est, tũ ab Angelo Florentiola, nonnullisque alijs, ut iudicij huius labore supersedendum etiã nobis esse duximus.

I & V *pariter atque apud Latinos migrat in consonantem, vt* Iacopo, Vincentio.

De Potestate Consonantium.

INter *consonantes fallit sæpe numero sonus literæ* S, *quæ aliquãdo accedit ad pronuntiationem litteræ* z, *ut* Rosa *flos, eodẽ nomine appellatus à Latinis:* Nicolosa *nomen proprium fœminæ: sæpius autem subtilius pronuntiatur, nec asperius, ut* Rosa *Participium uerbi* Rodo. *ac denique in eadem pronuntiatione, quã Latini homines vtuntur.*

Pari ratione littera z *præsertim initialis asperam modò, modò tenuem, subtilemque pronuntiationem habet, tenuem in uocibus peregrinis, & aliunde acceptis, ut* zefiro, zizania, zelo, zodiaco, zafiro: *& in aliquibus nostris, ut* zara, zero. *asperum, & durum in plerisque nostris præsertim, ut* zappa *ligo,* zecca *ærarium,* zio *patruus,* zolla *gleba,* zucca *cucurbita: Item in media uoce, ut* Mezzo *medium,* Mezzo *mite pomum: ut facile iam appareat, has pronuntiationes nota sua carere, & in Alphabeto nostro aliquid adhuc desiderari. quod si quis sua diligentia sarcire studeat, iniquum sit coniunctis agminibus undique oppugnari. Sed de hoc aliàs.*

Aspiratæ.

Aspiratæ.

A Spiratæ sunt duæ apud nos videlicet C *&* G, *vt ab ijsdẽ differant cũ tenues sunt, aliud enim est dicere* Giro *girus*, *aliud* Ghiro *glis animal. item aliud est si dicas* Ci *nobis*, *aliud si pronunties* chi *quis*. *Græcorum Tenues ab aspiratis differunt etiam characterem, vt notum est; sed apud nos, vt ex tenui fiat aspirata addenda est nota aspirationis, vt Latini faciunt*, *eritque.*

GH, *&* CH *aspirata ex tenui* G, *&* C,

Fiet ex tenui aspirata littera C *sequente* E, *aut* I, *ut* Parca Parche, Bianco Bianchi.

Pariter G *aspirata sequente* E, *vel* I, *ut* Piaga Piaghe, Lago Laghi.

Sunt qui uoces easdem apud nos aspirant, quæ apud Græcos per literam Ph, *&* Th *scribuntur, ut* Theseo, Philosopho, *quod iuniores negligunt: sed quam recte viderint ipsi.*

Vocales etiam præponunt hanc notam aspirationis initiales præsertim, Hasta, Herede, Honesta, Honore, Humiltà *: atque hoc multi negant, quos, cur id faciant, si probare possunt, sequi non grauabimur.*

De littera X, quomodo scribatur apud nos.

Q Væ Latine, uel Græce potius, scribũtur per X *apud nos per duplex* Ss *in medijs syllabis, ut Alexander* Alessandro. *Saxum* Sasso. *Initialis vertitur per simplex* s. *ut Xantippe* Santippe. Xenophon. Senophonte, *sed apud Petrarcham legimus* Xanto. *unde uidi, qui nuper imprimẽtes immutare noluerũt has initiales scripserũtq;* Xerse, Xenocrate, *quod in nominib. proprijs mihi non mediocriter probatur. Itẽ in prima syllaba si Latine fuerit ante* P, *uel ante* C, *in simplicẽ* S *uertitur, ut expeditus* Ispedito. *Exceptio* Esceczione, *Excellens* Escellente: *atque id causa est cur rectius per* S *&* C, *quã pẽr* c c *scribatur* Escellente.

De

De Littera Z.

V Oces quas Latini in mediis syllabis scribunt per T *ante* I, *vt Oratio, Gratia, Prudentia, apud nos scribuntur per simplex* z, *vt* Orazione, Grazia, Prudenza, *expũcto* I *si ante* z *fuerit* N, *vt* Eloquenza, Doglienza, Dipartenza, *& alia mille. Aliqui per* T *contendunt esse scribendum, parum animaduertentes potestatem eius litterę, quam videre possunt in his uocibus.* Solatio, *apricus,* Natio *oriundus penultima producta.* T *enim non habet eandem pronuntiationem apud nos, quam apud Latinos, similem videlicet littera* z, *vt in his uocibus, quando Latina sunt,* Natio, *& Solatium videri potest. item* Gemitio, Repetio, Stantio *pen. prod. Geminatur* z *in ultimis syllabis in nostris uocibus, ut* Bellezza, Fortezza, *uel in medijs, ut* Disprezzare, Bizzaro, *exceptis Latinorum uocibus, quę uertunt* T *in* z *simplex, ut* Orazione, Intenzione, Diuozione, Amicizia.

De Orthographia Consonantium.

C Onsonantes omnes in medijs syllabis geminari posse planum est, vt Debbo, Laccio, Affanno, Viaggio, Stella, Fiamma, Donna, Doppio, Carro, Fossa. Detto. *atque in geminas has* TT *vertuntur Latina omnia habentia* C T. P T. *aptus* Atto, *doctus* Dotto. *& his similia.*

DE QVANTITATE SYLLABARVM.

E syllabis pauca hęc obiter adnotabimus, ne actum agamus, quod vetamur ueteri prouerbio. Est enim Caroli Lenzonij perelegans, variaque doctrina excultus libellus de arte metrica: unde tota hæc ratio vberius copiosiusque haberi poterit. Nos uero, quatenus spectat ad has nostras institutiones hæc explicabimus.

Syllabæ quemcumque habeant locum in dictione.

sunt vel { *Productę* - *quæ habent duo tempora* vv
Correptæ V *quæ vnum tempus habent* v
Communes -V, *quæ modo Vnum* V, *modo duo*.

Productę sunt tribus modis { *Accentu*
Diphthongo
Positione.

Contraria his correptę.

Communes sunt { *Numero*
Collocatione
Declinatione.

De Accentu.

A*Ccentus præcipua regula est apud nos, quam penitus abdicarunt Græci, Latini partim sunt secuti, nos uero ubique ipsius tenore Acuto productas syllabas, Graui autem correptas prorsus metimur. Cumq; laxior, nec numeri adstrictior, ut Latina, Græcaque, nostra sit ratio carminum, legitimum illorum sonum Accentus conciliat, quo duce auribus consulere, dulcẽque, ac suauẽ numerum dimetiendi syllabarum quãtitatem indagare didicimus.*

Vbicunque igitur accentus syllabam eleuabit, simul etiã in pronuntiando tardiorem reddet, atque idcirco in dictione productã.

Graui autem nisi Positio, aut alia Regula impediat corripitur.

Circumflexum habemus quidem sed virtute tantum, ut dicã nam eius loco vtimur Acuto uerso in Grauem per Enclisin, vti supra initio libri secundi ostendimus.

De Dipthongis.

D*Iphthongos habemus Proprias (quas pronuntiamus tãquam binas syllabas, præterquam in metri dimensione) sex* AE, AV, EI, EV, OI, *&* Vo, *neque enim migrat in consonantem semper, sed aliquando est dipthongus, vt patet in uoce* Vuoi, *quę cum habeat* Vo *dipthongum, pręmisit à fronte aliam* v *consonantem factam, ne secunda pro consonanti pronuntiaretur, vt* voi.

Aere, Laura, Quei, Eurialo, POI, Huomo, *alij alia faciunt ex* I *&* V, *quę sunt subiunctiua, vnde errant mea quidem sententia. Adde quod migrant etiam è uocalibus, ut antea dicebam in consonantes, ut* Vieni. *ex eis itaque non fiet diphthongus.*

Diphthongos habemus Improprias partim ex Proprijs corruptis, partim ex uocibus terminatis in duas vocales, quæ per Synalepham in vnam coalescant.

Ex proprijs corruptis AE, *&* EI, *&* OI *erit* A, E, *&* O. FAE FÀ. Miei Mie. suoi suo. *Exterminatis in geminas uocales ut ex* OE, *&* VE *erunt* O *&* V FAROE FARÒ. Virtue virtù.

Hinc itaque habemus Circumflexum accentu ex regula Grecorũ, quorum Grammatici inquiunt: Omnis synæresis ex Acuto, & Graui, inflectitur cum itaque sint hę uoces Paroxytona & habeãt in pen Acutum, quem sequitur necessario Grauis *in vltima: ex his autem Acuto scilicet, & Graui simul iunctis componatur inflexus ´ ` ῀ planum est; quod uirtute habent hæ diphthongi impropria inflexum accentum, eiusque notas, & apices affigere deberent, scilicet,* â ê î ô û, *vt Greci eiusmodi diphthongis subscribunt iota: sed altero illorum tenorum relicto* Graui *scilicet, alterum delemus, vt superius ostendimus. qui & si rectius quam* Grauis *affigeretur vsu tamen artium magistro, in* Grauem *vertitur, quia in scribendo facilius calamo exaratur: quo etiam* Graci *sæpius, quam Acuto, in fine vocis vtuntur.*

Impropriam habemus aliã diphthongũ nẽpe ex tribus uocalibus compositam IVO, *quarum prima* I, & V *in consonantes migrarunt, vt* Giuoco *ideo impropriam diphtongum appellaui.*

Est autem syllaba dipthongo producta, ut Laura.

De Positione.

P*ositio, vt apud Latinos est, cum uocalem sequuntur plures cõsonantes, ut* Arme. *Est autem producta, preterquam in primis syllabis & in uocibus quatuor syllabarum, vbi & prima, & secunda sunt communes, vt* Interuallo.

De Syllabis communibus in metro.

Communes habemus monosyllabas uoces.

vocales. { *Natura, vt* SI, SE, TV, TE, CHE, NE, ME, MA, STO, DO, VO. *& alia multa, vt Pronomina, & Articuli.* *Per Apocopen, vt* Me' *pro* Meglio, *vt* ve *pro* vedi, Te, *exeunt*

Exeunt autem uel in { *vel* { *vel* To *pro* Togli. Die *pro* Diede. Ta' *pro* Tali. Que' *pro* Quelli. } ; *consonantes* { *Natura*, *ut* Il, In, Per, Pur, Con, Ver, Non. ; *Per Apocopen*, *ut* Huom Vil, Cor, Van. ; Per *Paragogen*, *ut* Od, Ed, Ec, Ned. } }

Communes iterum habemus.

Monosyllabas uoces.
Primas, & secundas in quadrisyllabis,
Primas, & vltimas in omnibus.
Quæ declinandó variant accentus: Syllabæ unde ij remouentur, erunt communes, & produci poterunt, quia antea accentu producebantur. ut Amaite Amano. MA *in prima uoce est prod posit. & acc.* V-V *in secunda est per se breuis accentu, scilicet* Graui, *sed virtute accentu. Acuti, quem declinando recipit, fit communis, & in metro absque vlla pronuntiatione accentus produci etiã poterit* ‒ ‒ · v *vel* ‒ V v.

DE METRIS.

VLLVM *est Carminis genus, quod patrio sermone nostro non possit copiose abundeq; ijsdem numeris perfici, quibus Latinorum, Græcorumque poetarum scripta referta sunt.*

In vniuersum autem a numero syllabarum, quibus constant, nuncupantur. Enumerari itaque solent species decem, videlicet, quæ constant aut

XII	Syllabis.	I'uorrei pur la uiua uoce intendere.
XI		Italia mia, bēch'il parlar sia indarno,
X		Alessandro ch'al mondo briga diè.
IX		Metta le man nella scarsella.
IIX		Chi ci vuole vdir cantare.
VII		Rettor del cielo, i' chieggo.
VI		Mai non uo più cantar.
V		Com'io soleua.
IV		E sol mi sto.
III		O'l perde.

Maioribus vtimur in Heroicis, aut Elegis. uersiculos autem, eosque minutiores ad Lyrica poemata accommodamus, & ad amores: nonnunquam ad ea quæ vulgo celebrantur Adagia conscribenda, quæ vulgo dicitur FROTTOLA.

De varijs appellationibus Poematum.

EX *hac uarietate carminum uariæ etiam Poematum species consurgunt. nam aut sunt*

Vers

versi sciolti.

Terza rima, *uel* Terzetti.

stanze, *seu* Romanzi.

sonetti.

canzoni.

sestine.

madriali.

ballate.

frottole.

atque hec omnia, quia certis quibusdam numeris sibi inuicem respondentibus distinguuntur, inde appellantur una eademque uoce RIME.

Rationem componendi carminis cuiusq; generis intactam relinquo. eget enim negocium hoc maioris inquisitionis, nec ad institutum nostrum pertinet id explicare, quod Poetica tractationis proprium est. Extant autem elegantissime scripta doctissimorum quorundam de ea re volumina, præsertim Caroli Lenzonij, ciuis nostri omnique doctrinarum genere maxime exercitati Claudij Ptolomeij nobilis Senensis. ex eorum itaque fontibus copiose hauriant, qui in componendis carminibus ueram aliquam laudem consequi cupiunt. Nos enim pauca hæc, quantum ad præsentem institutionem pertinet, dicenda duximus.

De Carmine duodecim Syllabarum.

V*Ersus* XII *Syllabarū ex Hēdecasyllabis proficiscuntur, expulso. s. Trocheo ex ultima sede, ut* venga-V *reposito in eius locū Dactylo, vt* vengane-Vv. *Vocatur autem à celeri illa pronuntiatione finis* verso sdrucciolo. *eoq; vtimur in æquabili & tempera-*

perato genere dicendi, cum præsertim studemus, ut numeris metrorum alligata oratio solutam orationem pre se ferat; si nulla fuerit exornatio in fine carminis similiter desinentium uocum; sibique certo quodam ordine respondentium, quod nos appellamus RIMA, *vel à Rhythmus (ut ego arbitror) uel à* RIMOR, *quod est studiose quærere, & scrutari, vt labor ille conquirendi similiter desinentes uoces significetur: faciunt autem hunc Rhythmum in Monosyllabis uocalis ultima nulla habita ratione cōsonātis antecedētis vt* NO, STO, DO, *& in Polysyllabis uocales penultima, & ultima cum sua media consonante, ut* core errore. *uide in utraque uoce esse penultimam* O, *& vltimam* E, *mediamque inter illas* R *ita* Terra, serra, *in penultimis esse* E *in vltimis* A *: inter has vero duplex* RR. *& sic in alijs obseruabis.*

VERSO SCIOLTO.

VIA *nullis legibus Numerorum similiter desinentium in ultima sede alligantur hi uersus, iccirco patrio sermone nostro uocantur* VERSI SCIOLTI, *quæ eo magis accurata, ac diligenti animaduersione indigent, ut auribus placeant, quo suauiori sui parte spoliantur, quæ est in* Homoeoteleutis, *ut diximus.* Primas *autem in hoc scribendi genere tenet Aloysius Alamannius, quem multi alij haud infeliciter secuti sunt, qui vsque ad nostram hanc ętatem floruerunt: quorum dici potest fuisse hoc inuentum, quippe quod apud antiquos nullis litterarum monumentis mandatum fuerit. Sunt autem uersus syllabarum* XI *Hendecasyllabi.*

TERZA RIMA.

VIA *tertio quoque uersu ultimæ uocis terminatione sibi respondent, ibique clausulæ sensum perficiunt frequentissime uocantur* Terza Rima *: Eo autem numero sibi respondentia excogitauit primus omnium Dantes, ut Heroicum carmen ea metri ra-*

tio-

tione repræsentaret, quod in capita diuiditur, quæ à nobis uocantur CAPITOLI, *vt Dantis Comœdia, & Petrarchæ Triumphi. Quãuis eodem genere metri vtamur in Elegis conscribendis & Amatorij rebus Epistolarumque argumentis : & Satiræ, Historiæque ipsis sit maxime hoc genus carminis accommodatum.*

STANZE.

OANNIS *Boccacij ciuis nostri inuentum dubio procul feruntur ambitus ij, & longe periodi octonis versibus explicatæ, quas ea de causa, quia ibi stat eoque cadit conclusio sensusque propositi argumenti aut narrationis, iccirco* STANZE, *uel a numero carminum* Ottaua Rima *vocarunt: quorum primi usque ad sextum, alternis sibi respondent in postremis uocibus similiter desinentibus: bina vero, quæ sensum perficiunt, quæ iccirco vocantur* La chiaue, *eadem Homoeoteleuta habent. Atque id Heroicis carmen si cum superiori comparetur, appellari iustius potest, & si scio longe aliter sensisse multos, eosque doctissimos, quorum rationes in præsenti non datur locus infirmãdi, quod tamen facile possem nam alio properat oratio nostra, quæ non Hendecasyllabis, sed Hexametris Heroicis componi etiã apud nos breui aperiam.*

SONETTI.

ARTI *illi Poëseos, quã Græco uocabulo appellabant Latini Epigramma, respondent metra illa, quæ nos tamquam pusillum poema, uocamus* SONETTO, *quod Hẽdecasyllabis quatuordecim cõstat, & si apud maiores rudiori illi seculo nullus certus præfixus erat terminus, nempe qui post xiiij. addebãt minutiorem uersiculum ipsi respõdentẽ Rhythmo, statimque binos uersus subijciebãt sibi cõsonos in fine, quos simul cũ supe-*

superiori uersiculo uocabant La chiaue, *iterumq; atq; iterũ alijs eiusmodi adiectis pro arbitrio longius producebant Epigramma. quem modum scribendi adhuc seruant, qui ridiculi aliquid narrant animi gratia, aut quos Archilochi rabies armat: dente Theonino maledicos atq; dicaces, & qui mendici parasitantur, ijsq; iocis, & facetijs illiberalibus insinuat se in alicuius familiaritatẽ, (ut Hor. aiebat) Vnctum qui recte ponere possint; nẽpe quos aliena uiuere quadra quacũque ratione delectat, cum sua nõ possint. Est autẽ breue hoc poema aptũ ad laudẽ & ad grauiorem uituperationẽ. Itemq; ad amores, est magnopere accomm datum, eius que nitorem, & elegantiam Francisco Petrarcha debemus.*

Cõstat partibus quatuor, quarũ prima, & secũda numero uersuũ quatuor, quibus aeque constantur, dicitur Quadernario primo. e Quadernario secundo Tertia, & Quarta à tribus carminib. qb. pariter ambo cõplectuntur, appellantur Primo Ternario, e Secundo Ternario. Respondent sibi prima & secunda pars Rhythmo. Tertia itẽ, & Quarta similiter cadẽtia hẽt à superiorib. separata.

Primi autem quatuor uersus cum secunda parte consentiunt quatuor modis, uoce similiter cadentis duabus rationibus, nã priori modo, eoque usitato ac frequenti, quartus quintus, & octauus versus primo respondent. Tertius uerò, sextusque, ac septimus cum secundo accommodantur. hac scilicet ratione.

I
- suono 1
- Core 2 *uide eodem Rythmo respõdere sibi*
- Errore 3
- sono 4
- Ragiono 5
- Dolore 6 *pariter consimiles Rythmo.*
- Amore 7
- perdono 8

ONO
- suono 1
- sono 4
- Ragiono 5
- perdono 8

ORE
- Core 2
- Errore 3
- Dolore 6
- Amore 7

Item

Item alio modo alternis, scilicet tertius quintus, & septimus primo respondent: & quartus, & sextus, & octauus secundo.

II					
Rimena	1		Rimena	1	
Famiglia.	2	*vide respõdere sibi.*	Filomena	3	*in* ENA
Filomena	3		Rasserena	5	
Vermiglia.	4		Piena.	7	
———					
Rasserena	5		Famiglia	2	
Figlia	6		Vermiglia	4	*in* IGLIA
Piena.	7	*pariter.*	Figlia.	6	
Riconsiglia	8		Riconsiglia	8	

Vel paulo diuersa ratione à superiori.

III					
Vidi	1		Vidi	1	
Dolcezza	2	*vide cõsentire*	Nidi	3	*in* IDI
Nidi	3		Lidi	6	
sprezza	4		stridi	8	
——— ———					
Apprezza	5		Dolcezza	2	
Lidi	6		sprezza	4	*in* EZZA
Bellezza	7	*item cõsentire.*	Asprezza	5	
stridi	8		Bellezza	7	

Vel

Vel alternus respondent sibi primo quaternario seruato ordine prioris modi in secundo.

IIII	Idaſpe	1		Idaſpe	1	in ASPE.
	Pendice	2	*vide reſpō-dere ſibi.*	Caſpe	3	
	Caspe	3		Inaſpe	6	
	Fenice	4		Aſpe	7	
	——— ———					
	Cornice	5		Pendice	2	in ICE
	Inaſpe	6	*pariter cō-*	Fenice	4	
	Aſpe	7	*ſonare.*	Cornice	5	
	Felice	8		Felice	8	

Ternarij, qui ſequuntur ita ſibi reſpondent, ut primus liber, ac ſolutus ſit numeris, ſecundus uero ſingillatim ſingulis ordine eodē tertio reſpondeat, ut triplex ſit Rhythmus, *in hunc modum.*

I	Tutto	1	*vide reſpō-dere ſibi in*	Tutto	1	in VTTO
	Souente	2	*primo, & ſecundo.*	Frutto	1	
	Vergogno	3		Souente	2	ENTE
	——— ———		*pariter in primo, &*	Chiaramēte	2	
	Frutto	1	*ſecundo.*	Vergogno	3	OGNO
	Chiaramēte	2	*& deniq; in primo, et*	Sogno	3	
	Sogno	3	*ſecundo.*			

Vel

Vel alternis, & erunt duo similiter desinentia, vt

II	Felici 1		1	
	Stante 2	*vide respondere sibi*	3	*in* ICI
	Amici 3		5	
	Amante 4		2	
	Mendici 5	*pariter*	4	*in* ANTE
	Inante 6		6	

Vel diuerso modo à priori immutatis locis trium terminationum similium, vt

III	Pianti 1	*vide respondere sibi*	1, 2	*in* ANTI
	Mentre 2			
	Lontane 3	*item*	2, 1	*in* EMBRE
	Rimembra 1			
	Amanti 2	*denique*	3, 3	*in* ANE
	Humane 3			

Vel duabus similibus uocibus tres simul iunguntur.

IIII	Beltate 1		1	
	Gloria 2	*vide consentire secum.*	5	*in* ATE
	Memoria 3		6	

Vitto-

Vittoria	4 vide pariter respondere sibi simul	2	in ORIA.
pietate	5	3	
Honestate	6	4	

Similiter desinentium uocum habes exemplum apud Virgil in primo Aeneid. 11.

„ *Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat,*
„ *Seque ortū antiqua Teucrorum a stirpe uolebat.*

Nostrum hoc placuit addere in doctissimum, ac nobilissimum auditorem nostrum ad Philosophos magna cum laude profectum.

Pianta gentil, onde l'ameno lido
Del Tosco fiume, e'l seno a Cinthia, e Flora
Lieto, e ridente tutto hoggi s'infiora,
E spera alzar al Ciel sua fama, e grido.
Deh, per l'ardente amor del patrio nido,
Mentre Febo, e campagne, e piaggie indora,
Poss'io mai per uoi dir: Nell'estiua hora
All'ombra de' miei rami io pur m'assido.
Cinga l'ornata chioma il degno lauro.
Rendan le gratie bella ogni uostra opra.
La sagra Dea voi fauorisca solo.
Il nome, tosto chiar da l'Indo al Mauro,
Come a chi per virtù s'erge, e s'adopra,
Veggiam prendersi al Ciel l'vltimo uolo.

Item illud de eo, quod Horat. stulti ait esse seruare initum.

Astra

Aspra doglia, che'l cor m'ancidi, e spezzi
La ricca tela a l'alta impresa ordita,
Da' regni Stigi a noi turbare vscita,
Iui ten ua; iui te l'empio apprezzi.
Qual'i tuoi occhi a lagrimare auuezzi
Heraclito fur già; se ben la uita
E più che mai dal suo sentier smarrita;
Non siano i miei, altri gli brami, e prezzi.
Io teco riderò il uano, e'l folle
Consiglio altrui, Democrito, anzi'l mio,
Che contro ogni uoler, mio uoler sprona.
A che dunque leuar, chi cader volle?
A che sparger buon seme in terren rio?
Stolto è ch in tal oprar spera corona.

Quod igitur pracipiunt periodum expleri singulis partibus, uel ad summum duabus tantum coniunctis simul concludi, id in pramissis exemplis cognosci potuit.

CANZONI.

VT *omnium uenustissimum, ita etiam difficillimum est poematis genus, nempe quod lectissimis uocibus componitur, & ad uarios numeros, & ad omnia argumenta accommodatur, quod nos à cantu (vt odas Latini Graca uoce) appellamus* CANZONI. *Secantur in sua membra, quę appellantur* STANZE. *Quarum sanè numerum, una cum uocibus similiter desinentibus, vt uisum poeta fuerit, collocare liberum est: versiculosque quibus locis rectius congruere iudicauerit, Hendecasyllabis quibus in vniuersum constat admiscere. Franciscus Petrarcha, qui omnia, hac politiora reddit. neque longiora membris decem qua uersibus ad summum viginti complerentur.*

Habet

Habent igitur Membra, & Versus numero uarios, ut ostendam.

Memb.	Ver.	
10	15	*Quell'antico mio dolce empio signore.*
10	13	*Vergine bella, che di Sol vestita.*
8	20	*Nel dolce tempo della prima etade.*
7	11	*Che debbo far, che mi consigli Amore?*
7	13	*Ben mi credea passar mio tempo homai.*
7	14	*O aspettata in ciel beata, e bella.* *Spirto gentil, che quelle membra reggi.* *In quella parte, doue Amor mi sprona.*
7	15	*Tacer non posso, e temo non adopre.* *Vna donna più bella assai, che'l Sole.* *Perche la vita è breue.* *Amor, se vuoi ch'io torni al giogo antico.*
7	16	*Italia mia, benche'l parlar sia indarno.*
7	17	*Si è debile il fine, a cui si attiene.*
7	18	*I' uo pensando, & nel pensier m'assale.*
6	9	*S'il dissi mai, ch'io uenga in odio a quella.*
6	11	*Quando'l suaue mio fido conforto.*
6	12	*Standomi un giorno solo alla finestra.*
6	13	*Se'l pensier, che mi strugge.*
5	10	*Lasso me, ch'io non so, &c.*
5	12	*Solea da la fortuna di mia vita.*
6	15	*Qual più diuersa, e nuoua.* *Poiche per mio destino.* *Mai non vo più cantar.*

5 13 { Chiare, fresche, e dolci acque.
Di pensier in pensier, di monte in monte.

5 14 Ne la stagion, che'l ciel rapido inchina.
5 15 Gentil mia Donna, i' veggio.

Inter hęc membra non posui Epilogum, qui in postrema parte positus modo plures, modò pauciores uersus complectitur, in eoque sæpius est Apostropha orationis ad Poesin, in ora hominum paulo post exituram, vt.

Canzone, io t'ammonisco,
Che tua ragion cortesemente dica,
Perche tra gente altiera ir ti conuiene.
& quæ sequun.

Is tamen in his duobus tantum apud Petrarcham desideratur.

Lasso me, ch'io non so in qual parte pieghi.
Mai non vo più cantar. com'io soleua.

Hendecasyllabi sæpius primam sedem occupant huius poematis, & partium membrorumque ipsius: nonnunquam etiam breuiores uersiculi, vt hæ apud Petrarcham.

Chiare, fresche, e dolci acque.
Qual più diuersa, e nuoua.
Se'l pensier, che mi strugge.
Perche la vita è breue.
Gentil mia Donna, i' ueggio.
Poi che per mio destino.

V Ho-

Homoeoteleuta in media sede carminis superiori finali respõdentia posuit semel Petrar. in ea ode, cuius initium est.

Mai non uo più cantar, com'io soleua,
Ch'altri non m'intendeua, onde hebbi scorno.

Vide intendeua *consonare cum voce finali superioris versus* Soleua.

Est alia species huius Poeseos; quæ vocatur Distesa, *& membra sua habet ex versibus septem, quorum secundus, & postremus sunt Heptasyllabi, vt apud Petrarcham.*

Verdi panni, sanguigni, oscuri, e persi.

Varia sunt similiter cadentia, in primo membro, quæ in cæteris eodem ordine ac modo ipsis respondent vsque ad finem, vt

ST. I	Persi	1	ST. II	Dolersi	1
	Vnquanco	2		Manco	2
	Attorse	3		Forse	3
	Spoglia	4		Voglia	4
	Libertade	5		Rade	5
	Sostegno	6		Sdegno	6
	Graue	7		Suaue	7

Soffersi

St. III	Sofferfi	1	
	Anco	2	
	Morfe	3	idem in ijs quinque,
	Inuoglia	4	quę superfunt, ob-
	Humiltade	5	feruabis.
	Vegno	6	
	Chiaue	7	

Præterea prima fedes quarti uerfus refpōdet Rhythmo primis fedibus aliorū, qui in reliquis membris fubinde fequuntur, ut ibi.
Si bella *initium eft quarti uerfus in primo membro.*
Rappella *in fecundo.*
Rubella *in tertio, & fic deinceps.*
Item fextus quifque verfus eafdem habet confonas uoces in primis fedibus, vt
Seco mi tira *in primo membro.*
Ogni delira *in fecundo.*
Orgoglio, & ira *in tertio.*

SESTINE.

NVMERO *carminum, quot, totidem eius mēbris continentur fi fuerit Simplex, (eft enim Duplex, quę duodecim membra complectitur) vocatur alia fpecies huius Poefeos* SESTINA, *qua ex Hendecafyllabis tantum conficitur, & habet Epanaphoram earumdem uocum in alijs membris, qua in primo pofita fuerint, fed diuerfo ordine, vt fequentis membri primus uerfus refpondeat vltimo fuperioris. Secundus vero refpondeat primo. Tertius penultimo. Quartus fecundo.*

Quintus antepenultimo. Sextus tertio superioris: & sic in alijs sequentibus membris pari modo, vt denique vltimus uersus totius odes respondeat primo prioris membri: exempli gratia

I	Terra	1
	Sole	2
	Giorno	3
	Stelle	4
	Selua	5
	Alba	6

II	I	Alba	6
	II	Terra	1
	III	Selua	5
	IIII	Sole	4
	V	Stelle	8
	VI	Giorno	3

III	1	Giorno	VI
	2	Alba	I
	3	Stelle	V
	4	Terra	II
	5	Sole	IIII
	6	Selua	III

Et deinceps eodem modo: & notandum postremas carminum voces habere substātiua disyllaba tantū, etsi per poeticā licentiā, sed raro in bonis etiā auctoribus, & trisyllabum, & adiectiuū inuenies: & Epilogum constare ex uocibus, quæ in ultima carminū sede locatę fuerant, vt, ne à superiori exemplo discedamus

Ma io sarò sotterra in secca selua.
E'l giorno andrà pien di minute Stelle
Prima, ch'a si dolce alba arriui il Sole.

MA-

MADRIALI.

OESI, *quam vocant* canzone, *simile est pusillum illud carmen, quod dicunt* MADRIALE *lepidum sane & amoribus, & iocis aptum constãs ex Hendecasyllabis, eoque numero, qui uisus fuerit scriptori. sed non maiori uersibus decem, aut minori octo composuit Petrarcha. iuniores inserere non dubitarunt uersiculos, & ad res serias conscribendas ipsum accommodare: eorum Rhythmos apud Petrarcham obserues varios in his tribus.*

Non al suo amante più Diana piacque. &
Perche al viso d'amor portaua insegna. &
Hor vedi Amor, che giouinetta Donna.

BALLATE.

REVE *admodum versiculisq; minutioribus sæpius cum Hendecasyllabo permixtis est carmen, quod uocant* BALLATA, *quod saltationibus symphoniæ eiusmodi sit magnopere accommodata: quæ ut simplex, & duplex fertur ab alijs Grammaticis esse, ita id nihil faciens, & ad Poetæ ipsius imitationem studiosos eius rei inuitans, ipsum dicendi magistrum, vel si placet, etiam optimos quosque inferioris ætatis scriptores, ut sequantur hortabor. Id autem exempli loco habeas apud Petrarcham.*

Lassare il uelo, o per sole, o per ombra.

Agrestis musa, rudis profecto, & inculta, sed in eo genere apprime suauis, & facetiarum plena, ac leporum qua rustici homines amicas suas misere amare querulis uocibus canunt, & hoc ipso, & alijs poematis generibus cõstat; quod & apud Latinos, & Græcos numquam adeo pro qualitate & condicione personarũ, aut in agris, aut in syluis degentium ad id exprimendum accommodatũ

inueniri potest. Quippe cum Bucolicum carmen Hexametro, eoq; grandiori ampullosoq; sæpius composuerint Latini, ac Græci poetę: vbi nos inseruientes personis, & argumenta, & similitudines, stylumq; eius rei lepidissimum, præcipuum, ac peculiarẽ habemus. Vocantur autem La Beca e la Nencia. *Idq. quod ad Citharam dicunt* RISPETTI. *Cantiunculæ autem, quas inter puellarum choros saltantes adhibent, intercalares uersus frequenter habẽt, quos vniuersus simul chorus magno clamore arripiens sonitu omnia implet non sine ingenti risu, & uoluptate circumstantium Vocãt autẽ il* RITORNELLO: *quæ cum vulgo circumferantur, ut facile videre quis, & habere possit, omittenda duxi exempla. Illud tamen non grauabor addere, quod eodem pastorali (vt ita nunc loquar) carmine serias nonnumquã res, & ad Dei laudationẽ pertinentes, & denique diuinas explicari elegantissime ab iisdẽ personis etiã inter saltãtiũ choros, apponã exemplũ de Natali* IESV CHRISTI, *ut quis simplicitatem rudis illius populi magna cum religionis veneratione coniunctam apprime contempletur.*

Faccian festa, & giulleria,
Che gli è nato il uer MESSIA.
Colui ch'è Signor del Cielo
Incomincia à patir gielo,
Per leuarci il mortal uelo
Della nostra ricadia.
Faccian festa, & giulleria, &

Et sic deinceps repetendis his intercalaribus post singula membra omnia arcana, sacraq; huius diei misteria canere prosequũtur.

Adde his Fescenninam licẽtiam eodem metri genere expressã, nulla cum circuitione uerborum: aliquãdo uero elegantissimis metaphoris, quæ personati homines, tum pedites, tum etiã equites ciuitatem lustrantes in Bachanalibus ante Ieiunij sacri tempus in malos mores ciuium quotannis inuehebantur, quo vt nihil salubrius erat, ita nihil aspectu ornatius, animoque iucundius, & ad vrbis magnificentiam pompa illa, qua ferebantur, aptius excogitari, & inueniri potuit. Iisdem etiam ludis canebantur amores & in-

& increpabantur puellæ collectis multis Amphibolis, quibus orationis venustas continebatur. cum aliud exprimerent verba, aliud allegorice significaretur. sed de his hactenus. Extat talium poematum volumen varijs horum ludorum carminibus refertum, cuius titulus est Canti, e Mascherate Carnescialesche, *inde igitur petat, qui cupit varietatem hanc intueri.*

FROTTOLA.

VAE *ad vitam bene regendam salutaria essent præcepta, consueuerant antiqui, nec ij quidē doctiores, sed seueriores sępius, ea ipsa carmine exprimere, quod septem syllabis constaret. & ab ingenti numero illorum (numquam enim edebāt eiusmodi carmina nisi copiose multiplicassent) vocabant* FROTTOLA, *eaque alligabant binis deinceps uocibus similiter desinentibus.* Pulcius, *& Beniuenius in ea re antistarunt alijs superiori ætate. Inferioribus temporibus Aloysius Alamannius hoc metri genere paulo immutatis Rhythmis composuit Regi suo carmina, quę appellauit* Ballate. & Hinni.

DE VERSU HEXAMETRO.

POSTEAQVAM *veterem illam rudem, & inconditam rationem metrorum, qua vtebantur superiores* Poetæ *mirifice expoliuit, & exornauit Franciscus Petrarcha, vt rudioris eius sæculi asperitate deposita, elegantiora iam politioraq; facta fuerint, &, tamquam renascentia iterū, omnium ore probari cœperint: qui deinceps inferioribus temporibus sequuti sunt* Poetę *perspecta iucunda hac, & polita carminum cultura, in tam illustri loco posita, ut perfectius nil, in eoque genere maius excogitari posset, quippe quæ numeros omnes artificij summorum Poetarum longe superasset, intentatam diu reliquerunt partem illam componendi carminis, quæ ex Dactylis, & Spondeis Heroicum grandi illo sublimi dicendi genere poema cōstituit. & quod & si Virgilij Homeriq; numeros imitati facillime nulloq; cū negotio aggredi potuissent: tamen eorum splendor, quæ*

expoliuerat Petrarcha adeo in sui contẽplationem illos rapuerat, vt insignis huius elegantię admiratione satiari nequiuerint, in eo tantum occupati, quomodo facile ipsis foret, tanti Poetæ exemplũ præ oculis vsque habentes, carminis egregie eruditi magnopereque elegantis dignitatẽ consectari: & si frustra se niti uidebant, neque aliud laborando, nisi inanem operam sumere, nulliusq; nominis famam lucrari se posse intelligebant, nitiq; cęratis pennis, quo deniq; in medijs fluctibus mergerentur, tantum abest, vt noua suo ingenio excogitarent, & quod fieri facillime solet, aliorum egregijs monumentis aliquid adderent; cum ea, quæ ab alijs acceperant assequi sibi aliquando facile esse disperarent. Cum itaque tamquam Endymionis somnium obdormissent, ea carminum suauitate, quam mirifice amabant deliniti: magnus quidam videlicet uir & sapiens, & patriæ pietati satis se facturum arbitratus, si non solum in bonis artibus, & grauioribus disciplinis, quibus ei plurimum profuit, sed in oratione etiam locupletanda, ornamento illi foret, & vtilitati, tentauit Hexametra condere, & sane condidit, quarum uestigia adhuc optimi illius conatus pulcherrima extant. Vestigia autem dixi nam & si Leonis Baptista Albertij diligentia (cur etenim de his litteris optime meritum ciuem, & si per se clarum, atque illustrem honore tamen suo in hac re fraudare debeam?) factum est, vt genus hoc carminis, quam facillime oratio nostra caperet, omnes cognouerint, non tamen ausi sunt conatus illos vlla ratione fouere; credo desperantes, quæ paruis initijs creuissent, se posse perficere: & iccirco veritos, ne, vt vetustioribus illis euenerat, si quis paulo elegantior Poeta claruisset in posterum, suam omnem dignitatem deprędaretur, ipsorumque nomini tenebras magnas obfunderet. Inchoata igitur, & imperfecta res fuit, quatenus Lucas Pulcius in hoc dicendi genere maxime exercitatus. extinctam Albertij Musam è tenebris eruit. frustra autem, & ipse (vt primus eius rei auctor) id expertus, nullum inuenit, qui eiusmodi studium consectaretur. quamobrem ad multos annos neglecta iacuit iterum hæc poesis: donec egregius ille neque vnquam satis laudatus Claudius Prolomeius (quem paulo ante nominaui) tum in Epistolis, tum in alijs suis monumentis doctissime, elegantissimeque a se conscriptis Hendecasyllaba hæc, quibus utimur, non explere Heroici uersus dignitatem apertissimis, optimisque rationibus cum probasset, facillime

cillime illexit in hoc studium incenditque, vt illud audacter capesserent, multorum animos, qui doctissimi illius viri auctoritatem secuti, & honestæ laudis desiderio incensi, multa Epigrammata eo numero metri modò è Latinis, vel Græcis accepta verterunt, modò ex suo ingenio excogitarunt, quorum aliqua formis excusa unà cum quodam volumine de ratione huius studij à doctissimo illo viro in lucem edito, circumferuntur. Sed neque is uel paulo quidem meliorem fortunam quam superiores ij, expertus est: nouam enim hanc Poesim (ita namque uocabant) qui laudarit, aut probarit, uel sequutus sit, hactenus inuẽtus est nemo. Vnus tamen his temporibus (quod ego sciam) insignis eruditionis, & doctrinæ Paulus Roscius Eques Hierosolymitanus eiusmodi poematis genere mirifice delectatus est, ex quo sæpius magnam se cœpisse voluptatem affirmauit, & sanè re ipsa ostendit: siquidem Epigrammata eo metri genere edidit, ita de Latinis ea decerpens aliquando, vt cum ipsorum suauitate conferri possint. Neque enim deterruit eruditum hunc egregiumque ac fortem equestris ordinis uirum Fortuna, quę paruis fere, nec satis firmis initijs pusilla etiam, ac tenuis offerri solet: vt scilicet non satis duratura videantur, quin potius breui sint interitura, cum subinde exoriatur alij, qui (vt paulo ante dicebam) ad ea, quæ ab alijs inuenta sint, aliquid è suo deprompttum ingenio afferentes, tamquam in suam possessionem migrasse, & suo id iure quodammodo vindicare potuisse censeantur. Neque enim gloriolę huius vel mediocriter quidem appetens est, quam sibi ab alijs prę ripi ęgre ferat, sed eum id sollicitabat, quod iniuste admodum deseruisse omnes videbat Poesim paulò ante a tanto uiro (ut dixi) illustratam, causam hanc afferentes: quod dicerent nullam inde se suauitatem auribus iucundam captare, non animaduertentes quam magno in errore versentur. nam & exercitatione, neque ea quidem parua eget hoc studium, quod temporis diuturnitate non sine multorum diligentia expoliri potest. Qui enim obsecro elegantiæ plena, et tam iucunda auribus carmina posteriores habuissent, quæ nobis iunioribus traderent, si maiores illorum cum prima eius studij tacerentur fundamenta, inepta, insulsaque carmina sua risissent, ac neglecta à se intentata esse voluissent? vt exempli gratia illud Guittonis Arretini.

Donna

Donna lo reo fallir mi spauenta
Quando mi membra lo mio cor fallace
La fellonia, come daua intenta
Di stare a voi fiero, & contumace.

Quod quis nunc non rideat quodammodo, si cum Petrarcha il-lo conferat, quod postrema parte his, quę citaui, respondet?

Donna, che lieta col principio nostro
Ti stai, come tua uita alma richiede,
Assisa in alta, e gloriosa sede,
E d'altro ornata, che di perle, e d'ostro.

Quemadmodum igitur longa exercitatione. & vsu tantopere expolita sunt hæc carmina, vt tandem politius aliud dici non pos-sit: ita etiam si ea ipsa frequentarentur, quis dubitat breui æqua-tum iri eorum dignitatem cum his, quorum ingentem suauitatē nunc admiramur? Atque hæc causa est, quare aurium uoluptatē non expleant, & auditui iniucunda uideantur, quod scilicet cō-paratio illustris horum numerorum, quibus assuetas aures habe-mus, infirmitati, & summæ elegantię eorum qui adhuc rudes sunt uersus, nec tantopere exculti, nimium obest. Risit quippe antiqui-tas puerum Orpheum cithara canentem, quem grandiorem ata-te, & longo vsu edoctum (si fabulis credimus) vel ipsa etiam sa-xa. & arbores audierunt; quæ conuulsa solo, è suis scopulis abscis-sa, vt blanda eius modulatione oblectarentur ad illum frequen-ter properasse dicuntur. Non igitur negligant in posterum hanc poesim homines nostri & præclaris suis ingenijs studeant Heroi-cum carmen suis numeris perfectum, & omnibus partibus abso-lutum exornatumque aliquando reddere: quod, vt alia quæ ten-tarunt, felicissime. & ex animi sententia euenturum puto.

Constat autē sex pedibus ut apud Latinos, Dactylo scilicet, & Spondeo indifferēter positis, pręterquā in quinta ubi Dactylus, & in sexta ubi Spondæus locatur. Elisio autē uocaliū fit ubi littera subscribitur (vt quidam volunt) puncto, vt in diphthongis impro-prijs apud Græcos, vel iudicio eruditi lectoris relinquitur. Pari

ratio-

ratione habebis Pentametrum, qua apud Latinos componi consueuit: utque his exemplis utrumque:

send'm --, me graui - vv da se --, Maschi', o --- femin'ha - vv uesse --

A far -- mia ma - v v dre - volle sa - v v per da De - vv i.

Est autem Epigramma hoc Pauli Roscij, illius, quem nuper nominaui, sed prius Latinum ponam, vt simul nostra cum Latinis conferri possint.

Cum mea me genitrix grauidam gestaret in aluo,
Quid pareret fertur consuluisse Deos.
Mas est Phœbus ait: Mars fœmina: Iunóque neutrum;
Cumque forem natus Hermaphroditus eram.
Quærenti lætum Dea sic ait, occidet armis:
Mars cruce: Phœbus aquis: sors rata quæque fuit.
Arbor obumbrat aquas, ascendo; decidit ensis,
Quem tuleram: casu labor, & ipse super.
Pes hæsit ramis; caput incidit amne; tulitque
Fœmina, vir, neutrum, flumina, tela, cruces.

Sendo, in me grauida, se Maschio, o femmina hauesse
A far mia madre volle saper da' Dei.
Femmina Marte dice, il Sol maschio, neutro Giunone.
Veccoti nascendo c'Hermafrodito sono.
Chiede saper la fine; la Dea dice d'armi; di forca
Marte; il Sol d'acque, tutto riesce vero.
L'onde mira vn frutto, su salgoui, scorro; vi resto
Penzolo; la spada, ch'esce, mi punge; beo.
Si la mia; ecco, vedo mort'essere, i Diui veraci,
Huom, Donna, e Neutro, l'armi, la forca, i riui.

Eiusdem apponam aliud a Latinis acceptum, quod vt conferri etiam possit, cum Latino coniungam.

Cassis Parmensis Orpheus.

Arguta primum cum sceptra parentis, & auro
Distinctam sumpsit cytharam Rhodopeius heros,
Ridebant segnes pulsus digitosque micantes
Serius, & chordis indoctæ dissona uocis.
Mox pudor exardens, & gloria dulcis honesti
Lusibus auertit puerilibus. omnis & illuc
Perditus incumbens Musæ pallebat amore.
Et nunc maternis inhiat, nunc illæ paternis
Cantibus, hinc illinc discens dependet utrinque.
Nulla Venus faciem cœpit mentita dolosis
Compedibus; somni fuerat parcusque Lyæi.
Donec ridiculus dudum modulamine syluas,
Euulsosque suis scopulos radicibus egit.
Ausus & ire viam mortalibus inconcessam
Tænarum oblitos demulsit carmine manes.
NON LEVIS ASCENSVS; *si quis petit ardua, sudor*
Plurimus hunc tollit: nocturno ex somnis oliuo
Immoritur: delet quod mox laudauerat in se,
Qui cupit æternæ donari frondis honore.

A l'or che prima il bel plettro, e l'aurea cetra
Mosse per apprender lo stil, che serba famosa
Argo la prima naue, che solcasse onda marina,
Fanciullo Orfeo dal suo dottissimo padre
Il biondo Apollo, rideuano i circostanti,
Stando a mirarlo, che non a tempo mouesse
Le dita, e'l plettro, e non accordasse la uoce
Debile col suono pur languido, ed interrotto.
Onde, com'auuiene d'animo, ch'è nobile, ed alto,

Nel

Nel suo bel uolto spargendosi tinta d'honesto
Rossor Vergogna, di desir ardendo d'honore,
Toltosi a' trastulli puerili, in guisa si diede
A Palla, ch'egli ne diuenne pallido amando.
Non Venere alcuna, fingendosi diua celeste,
Con sue fraudi poi forz'hebbe farsel'amico:
Anz'hora a' materni, tutt'ora inteso a' paterni
E suoni, e canti, senza interuallo di tempo
Spendere in altro mai, parcißimamente uiuendo,
Di giorno in giorno sempre auanzando si uenne,
Fin che questi, ch'era primier ridicolo, trasse.
A le sonori uoci del suo dolcissimo canto,
A' dolci accenti della suauissima cetra,
Con le radici seco le selue annose; i superbi
Monti; placò le fiere, e rattenne il corso de' fiumi.
Hebbe ardir anco, per non concessi viaggi
A persona viua, penetrar', cantando, l'Auerno;
E render' placido l'inesorabile Dite.
Onde Eaco. e Minos, e Radamanto, i scueri
Giudici d'Inferno, restando attoniti tregua
Ferno co' dannati, e sospesero i lor tormenti
Contra i decreti lor. NON COSI TOSTO *si poggia*
Soura'l bel' monte, ch'ascoser i sommi Poeti.
SVDASI *molto pria, e veghiansi intere le notti,*
Stentasi, i diletti s'abbandonano, Amico chiunque
D'immortal lauro vuol illustrarsi la fronte.

Item aliud docti, vt apparet, & eruditi, cuius nomen ignoro: suspicor Claudij Ptolomeij esse. certè ciuis sui est. uertit autem e libro Epigrammatum Politiani.

In Amicam.

Allicis, expellis sequeris, fugis, es pia, & es trux.
Me vis; me non vis; me crucias, & amas.
Promittis, promissa negas: spem mi eripis, & das;
Iam iam ego uel sortem Tantale malo tuam.
Durum ferre sitim circum salientibus vndis.
Durius in medio nectare ferre sitim.

Chiami, scacci; segui, te ne fuggi; sei dolce, sei cruda:
Vuoi, & non vuoi; recchimi doglia, & ami;
Nieghi, prometti poi; me la togli, mi porgi speranza;
Tantalo io più tosto chieggio la sorte tua.
E duro della sete nel mezzo all'onde morire.
Più duro tra'l dolce uino morir di sete.

Accipe, & aliud eorumdem Auctorum.

In Daphnem.

Complexus virides frondosæ Virginis artus
Sic quoque mutata, dixit Apollo, fruar.
Vtque nouas gustu baccas tentauit eadem
Hei mihi seruat, ait, nunc quoque amaritiem.

Febo di Dafne sua stringendo le membra mutate
In lauro; queste, disse, goder mi gioua.

Ma

Ma gustando poi le sue coccole; hor anco riserba
Ver me, soggiunse, quell'amarezza sua.

Planum igitur est nos quoque patrio sermone eiusmodi versus non incommode facere posse, multo etiam Latinis meliores futuros, si assiduo frequentique vsu expolirentur.

FINIS.

ELENCHVS EORVM, QVAE IN HIS LIBRIS TRACTANTVR.

A

X Apo-

X 2 Ipse

FINIS.

TAVOLA DELLE VOCI, E MATERIE PIU NOTABILI.

A

Ha-

Od

stes

IL FINE.

Licentia D.Inquisitoris.

Nos F. Franciscus de Saponaria Minorita Conuen. Inquisitor, generalis hæreticæ prauitatis Thusciæ vidimus, & examinauimus diligenter hos libros duos de Institutionibus Florentinæ linguæ conscriptos a Venerabili, & Reuerendo D.Euphrosyno Lapinio de Florentia, & cum nihil habere, & continere comperissemus, quod orthodoxæ fidei, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ aduersaretur, aut quod contra bonos mores, & honestatem esset, concessimus libere, & absque vllo præiudicio licentiam eos imprimendi. In quorum fid. & c.

Ita est. Nos F.Franc.&c. die 2, Sept. 1568. *Florentiæ.*

REGISTRVM.

* ABCDEFGHIKLMNOPQR
STVX.

Omnes sunt Quinterniones.

FLORENTIAE,
Apud Philippum Iunctam.
M. D. IIC.